Incipit prologus dyalogi sancti Hieronimi recte fidei presbiteri cum pelagio monacho heretici dogmatis repertore quem sub attici et Critoboli nominibus voluit annotari &c

Scripta iam ad thesiphontem epistola in qua interrogata respondi
Crebra fratrum expostulatio fuit cur promissum opus ultra differrem
in quo pollicitus sum me adductas eorum qui pathian predicant
questiunculas responsurum. Nulli enim dubium quin stoycorum et peripateti//
corum hoc est veteris achademie ista contentio sit. Cum alii eorum as//
serant pathe quas nos perturbationes possumus dicere egritudinem spem
gaudium spem timorem eradicari et extirpari posse de mentibus hominum.
Alii frangi regi atque moderari et quasi infrenes equos quibusdam lu//
patis cohercere. Quorum sententias et tullius in tusculanis disputationi//
bus explicat et origenes ecclesiastice veritati in stromatibus suis misce//
re conatur. Ut preteream manicheum priscillianum euagrium hiboritam Ioui//
nianum et totius pene syrie hereticos quos sermone gentili de stra//
menti id est perversi massalianos grece euchitas vocant. Quorum omnium
ista sententia est posse ad perfectionem et non dicam similitudinem sed equalitatem dei
humanam virtutem et scientiam pervenire ita ut se asserant nec cogitatione quidem
et ignorantia cum ad consummationis culmen ascenderint posse peccare. Et quamquam
superiori epistola contra errores eorum pro angustia temporis pauca perstrinxerim.
In hoc libro quem nunc cudere nitimur socraticorum consuetudinem conservabimus
ut ex utraque parte quid dici possit exponatur et magis perspicua veritas fiat
cum posuerit unusquisque quod senserit. Illud autem origenis proprium est et
impossibile esse humanam a principio usque ad mortem non peccare naturam
et rursum esse possibile cum se aliquis ad meliora converterit ad tantam forti//
tudinem pervenire ut ultra non peccet. Adversum eos autem qui me dicunt
hoc opus inflammatum invidie facibus scribere breviter respondebo. Numquam
me hereticis pepercisse et ideo egisse studio ut hostes ecclesie mei quoque hostes
fierent. Heluidius scribit contra sancte marie virginitatem perpetuam.
Numquid ut ei responderem ductus invidia sum quem in carne non vidi.
Iouinianus cuius heresis romanam fidem me absente
turbavit. Tam elinguis et sic sermonis putidi fuit ut magis misericordia
dignus fuerit quam invidia. Illi quantum respondi ut putavi. Rufinus non urbi
sed orbi blasphemias origenis et periarchon libros quantum in se
fuit intulit martiris ederet et quasi illud parum dixisse novum pro eo
volumen evomeret. Numquid invidimus ei quia respondimus et tanta
in illo eloquentie fuerunt flumina ut me a scribendi atque dictandi studio
deterreret. Palladius servilis nequitie eandem heresim instaurare conatus
est et novam translationis hebraice in calumniam instruere. Numquid et illius

ingenio nobilitati invideamus. Nunc quoque misterium iniquitatis operatur. Et
garrit unusquisque quod sentit. Ego sum solus qui cunctorum gloria mordear.
et tam miser. Ut hiis quoque invideam qui non merentur invidiam. Unde ut
omnibus approbarem me non odisse homines sed errores. Nec aliquorum infamiam
querere. magisque dolere vicem eorum qui falsi nominis scientia supplantantur Attici
et Critoboli nomina posui per quos et nostra pars et adversariorum quid sentiret
exponerem. quin potius omnes qui katholicam sectamur fidem. optamus et cu-
pimus damnari heresim. homines emendari. Aut certe si in errore volue-
rint permanere. non nostram culpam esse qui scripsimus. sed eorum qui mendacium
pretulerint veritati. Preterea calumniatoribus respondemus qui suggerunt nos
Manicheorum esse sententiae hominum damnare naturam et liberum auferre
arbitrium. et adiutorium dei tollere. Rursusque apertissime insanie. hoc
hominem dicere esse. quod deus est. Ita sic incedendum via regia. ut nec ad sini-
stram nec ad dexteram declinemus. Appetitum quoque proprie voluntatis dei pre-
cedamus auxilio gubernari. Et quis autem falso se infamari clamitat. et
gloriatur recta sentire. tunc vere fidei probavit assensum cum aperte absque dolo ad-
versa damnaverit. Ne audiat illud propheticum. Et in omnibus hiis non est reversa
ad me prevaricatrix soror eius Iuda. ex toto corde suo. sed in mendacio. Minoris
peccati est sequi malum quod bonum putaveris quam non audere defendere quod
bonum certo noveris. minas babilonias vinceremus. Quod bella si cruciatum.
pax ficta non auferat. Nolo timore perfidia deserere tu veram fidem me
Christus reliquerit voluntati.

Explicit prologus. Incipit dialogus sancti Hieronimi sub nominibus Attici et Critoboli compositus

Atticus. Dic michi Critobole verum est quod a te scriptum audio posse
hominem sine peccato esse. si velit et facilia dei esse precepta. Critobulus. Verum
Attice. sed non eodem sensu ab emulis accipitur quo a me dictum est.
Atticus. Quid enim ambiguitatis in dicto est. Ut duplicem intelligentie tribuat
occasionem. Nec quero ut de utroque pariter respondeas. Duo enim a te proposita
sunt. Unum posse hominem sine peccato esse si velit. Alterum facilia dei
esse precepta. Licet ergo pariter dicta sint. et tamen per partes singulas disserantur.
Ut quod una videtur fides. nulla sit in sententiarum diversitate contentio.
Critobulus. Ego Attice dixi hominem absque peccato esse si velit. non ut quidam
maledici calumniantur absque dei gratia. quod etiam cogitasse sacrilegium est.
Sed simpliciter posse si velit. ut subaudiatur cum dei gratia. Atticus. Ergo
et malorum in te operum auctor esse dominus. Critobulus. Nequaquam ita ut
estimas. sed quicquid in me boni habeo. illo suggerente et adiuvante com-
pletur. Atticus. Non de natura quero. sed de actu. Quis enim dubitat
deum omnium creatorem. Hoc michi respondeas velim. quod agis bonum tuum
est an dei. Critobulus. Meum et dei. Ut ego operer et ille adiuvet.
Atticus. Et quomodo hoc omnium opinio est quod dei auferas gratiam. et quicquid

homines agimus propriae tantum asseras voluntatis. Critobulus. Miror attice cur extollas
rationemque alieni amare causam flagites. Quid id quaeras quod scriptum non est?
Cum perspicuum sit quod scripserim. dixi hominem esse sine peccato si velit. Numquid
addidi. absque dei gratia. Attici. Sed ex eo quod non addidisti. videris negasse.
Critobulus. Ymmo ex eo quod non negavi. dixisse extimandus sum. Neque enim quicquid
non dicimus negare et arbitrandi sumus. Attici. Confiteris ergo posse hominem
sine peccato esse si velit. cum dei gratia. Critobulus. Non solum fateor. sed et
libere proclamabo. Attici. Errat ergo. qui dei gratiam tollit. Critobulus. Errat.
Ymmo potius arbitrandus est impius. cum dei nutu omnia gubernentur
et quod sumus et habemus appetitum propriae voluntatis. dei conditoris sit bene-
ficium. Ut enim liberum possideamus arbitrium et vel ad bona vel ad mala
partem declinemus propria voluntate. eius est gratiae. qui nos ad ymaginem
et similitudinem sui tales condidit. Attici. Nulli. Critobole dubium est. ex eius
cuncta pendere iudicio. qui creator est omnium et quicquid habemus. illius bene-
ficio adputandum. Sed quaero hoc ipsum quod dei asseris gratiae. ad conditionis
referas beneficium an in singulis rebus putes esse quas gerimus. Ut scilicet
illius in omnibus utamur auxilio. An scilicet semel libero arbitrio conditi nostra
voluntate. utamur in rebus agendis quod volumus. Novi enim plerosque vestrum ita ad
dei cuncta referre gratiam. Ut non in partibus. sed in genere. hoc est nequaquam
in singulis rebus. sed in conditionis et arbitrii intelligant potestate. Critobulus
Non est ita ut existimas. sed amice utrumque dicimus. Ut et dei gratiae sit quod tales
conditi sumus et per singula opera illius adminiculo fulciamur. Attici. Con-
stat ergo inter nos in bonis operibus post propriam voluntatem dei nos utique ad-
iutorio in malis dyaboli. Critobulus. Constat. et super hoc nulla contentio est.
Attici. Male ergo sentiunt qui per singulas res quas agimus dei auferunt
adiutorium. Et illud quod psalmista canit. Nisi dominus edificaverit domum. in va-
num laboraverunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit civitatem. in vanum
vigilaverunt. qui custodiunt eam. et cetera huiusmodi perversis interpretationibus. ymmo
risu dignis. ad alios sensus retorquere nituntur. Critobulus. Quid mihi ne-
cesse est. contra alios dicere. tu meum responsum habeas. Attici. Tuum
responsum cuiusmodi. bene eos sentire. an male? Critobulus. Et que me cogit
necessitas. Ut contra alios promam sententiam. Attici. Disputationis ordo et
ratio veritatis. An ignoras omne quod dicitur. aut esse. aut non esse. et aut
inter bona. aut inter mala debere numerari? Hoc ergo de quo interrogo. aut bene
dici aut male ingratis tibi fatendum est. Critobulus. Si in singulis rebus quas
gerimus dei utendum est adiutorio. ergo et calamum temperare ad scribendum. et
temperatum pumice terere. manum quoque aptare litteris. tacere. loqui. sedere. stare. ambulare.
currere. comedere. ieiunare. flere. ridere. et cetera huiusmodi. nisi deus iuverit
non poterimus. Attici. Iuxta meum sensum. non posse perspicuum est. Critobulus
Et in quo liberum habemus arbitrium. et dei in nos gratia custoditur. sine hoc
quidem absque deo possumus facere. Attici. Numquam sic damnata est liberi arbitrii

gratia ut dei per singula tollas adminiculum. Critobulus. Non tollo dei adiu-
torium cum creature et semel dati liberi arbitrii gratia construatur. Si enim absque
deo et nisi per singula ille me iuverit, nichil potero agere, nec pro bonis
me iuste operibus coronabit, nec affliget pro malis. Sed in utroque suum vel
recipiet vel dampnabit auxilium. Atticus. Dic ergo simpliciter quod dei aufe-
ras gratiam, quam enim tollis in partibus, necesse est ut in genere neges. Critobulus. Non
nego gratiam, cum ita me a deo asseram conditum, ut per dei gratiam mee datum
sit voluntati vel facere quid vel non facere. Atticus. Dormitat ergo deus in
operibus nostris, scilicet data liberi arbitrii potestate, nec orandus est ut in sin-
gulis rebus nos iuvet, cum voluntatis nostre sit et proprii arbitrii vel facere
si volumus vel non facere si nolumus. Critobulus. Sicut in ceteris creaturis con-
dicionis ordo servatur, sic concessa semel liberi arbitrii potestate nostre voluntati
omnia derelicta sunt. Atticus. Ergo ut dixi, non debeo adeo per singula auxi-
lium deprecari, quod semel meo datum est iudicio. Critobulus. Si in omnibus ipso
cooperatur, non meum, sed eius qui adiuvat, immo qui in me operatur, presertim
cum absque eo facere nichil possim. Atticus. Oro te, non legisti: non est volentis
neque currentis, sed miserentis est dei? Ex quo intelligimus nostrum quidem esse
velle et currere, sed ut voluntas nostra compleatur et cursus ad dei misericordiam
pertinere, atque ita fieri ut et in voluntate nostra et in cursu liberum servetur ar-
bitrium, et in consummatione voluntatis et cursus dei cuncta potentie relinquatur.
Sileo nunc ni scripturarum testimonia replicanda sunt, quo per singula dei
sanctis flagitetur auxilium, et in singulis operibus suis illo adiutore et pro-
tectore uti desiderent. Lege totum psalterium omnes sanctorum voces, nichil
erit nisi adiutorium in cunctis operibus deprecatum. Ex qua perspicue ostenditur te aut dei
negare gratiam, quam tollis in partibus, aut si in partibus dederis, quod nequaquam
te velle manifestum est, in nostram sententiam transire, qui sic liberum hominis servamus
arbitrium, ut dei per singula adiutorium non negemus. Critobulus. Capciosa
est illa conclusio et dialecticorum arte descendens. Michi autem nullus auferre
poterit liberi arbitrii potestatem, ne si in operibus meis deus semper extiterit,
non michi deputetur merces, sed ei qui in me operatus est. Atticus. Fruere libe-
ri arbitrii potestate, ut contra deum armes linguam tuam, atque in eo te liberum
probes, si tibi liceat blasphemare. Verum super hoc quid sentias, nulli
dubium est, et prestigie confessionis differentie tue apertissima luce claruerunt.
Nunc revertamur ad id unde differre cepimus. Dic michi si tu vel
hoc ex nostro vel dei adiutorio, paulo ante dicebas, posse hominem non
peccare si velit. Imperfectum dicas, non satis intelligo. Critobulus. Ita non durus
es ut manifesta non sentias. Atticus. Non me pudet nescire quod nescio,
et definitum est disputatio, debet mentis utriusque convenire que sensum habeat.
Critobulus. Ego hoc assero, qui potest se uno die abstinere a peccato, posse et
altero, qui posse duobus et tribus, qui tribus posse diutius se voluerit
observare. Atticus. Dic ergo simpliciter posse hominem imperfectum sine peccato

esse si velit. possumus ne omne quod volumus? Crit. Nequaquam. Neque
enim possum quicquid volueo. sed hoc solum dico. posse hominem sine peccato esse si
velit. Atti. Quesso ut michi respondeas. hominem me putas an beluam? Crit. Si
de te ambigo. utrum homo an belua sis. ipse me beluam confitebor. Atti.
Si ergo, ut dicis, homo sum, quomodo tu velim et satis cupiam non peccare,
delinquo. Crit. Quia voluntas imperfecta est. Si enim vere velles, ve-
tuque non peccares. Atti. Ergo tu, qui me arguis non vere cupere, sine peccato
es. quia vere cupis. Crit. Quasi ego de me dicam quem peccatorem esse con-
fiteor. et non de paucis et raris si qui voluerint non peccare. Atti. In-
terim eximes tuo iudicio. et ego qui interrogo. et tu qui respondes. pec-
catores sumus. Crit. Sed possumus non esse. si velimus. Atti. Dixi
velle me non peccare te quoque assentire non dubium est. Quomodo igitur quod uterque
volumus. uterque non possumus. Crit. Quia plene non volumus. Atti.
Da igitur qui maiorum nostrorum plene voluerint. et potuerint. Crit.
Hoc quidem non facile est ostendere. Neque enim quando dico posse hominem sine pec-
cato esse si velit. aliquos fuisse contendo. sed simpliciter posse esse. si velit.
Aliud est namque esse posse. quod grece dicitur THAUNAMI. Aliud
esse quod illi appellant THENEPTIN sed nec dum dixi. Quidquid ergo
possum licet non dum sim. tu eris si volueris. Atti. Aliud sunt artes
aliud id quod super artes est. Medicina et fabrica et artes cetere inveniuntur
in plurimis sine peccato autem esse perpetuo. deme solus est Christus. Itaque aut da
exemplum qui absque peccato fuerint inperpetuum. aut si dare non potes confitere imbe-
cillitatem tuam. et noli ponere in celo os tuum. ut posse et esse posse stultorum
illudas auribus. Quis autem tibi concedat posse hominem facere quod
nullus umquam hominum potuerit. an tu dyalecticis ne imbutus quidem es? Si
enim potest homo. non posse tollitur. Sin autem non potest. posse subducitur. aut
concede michi aliquem potuisse quod fieri posse contendis. aut si nullum
hoc potuit inuitus tenebris. nullum posse quod possibile iactitas. Inter
dyodorum et chrisippum valentissimos dyalecticos PERI DYNATON ista
contentio est. Dyodorus id solum posse fieri dicit quod aut sit verum aut verum
futurum sit. et quicquid futurum sit id fieri necesse esse. quicquid autem non sit futurum
id fieri non posse. Chrisippus vero et que non sunt futura posse fieri dicit.
ut frangi hoc margaritum. etiam si id numquam futurum sit. quod igitur aiunt posse
hominem esse absque peccato si velit. non poterunt hoc verum probare. nisi futurum
docuerint. Cum autem futura incerta sint omnia et maxime ea que numquam
facta sunt. perspicuum est eos id futurum dicere quod non sit futurum. Tale hac con-
firmate sententia. Omne quod futurum est id futurum est in proprio sensu. Crit. Oro te
ut hoc michi respondeas. possibilia deus mandata dederit an impossibilia?
Atti. Cerno quo tua attendat assertio. sed de hoc in posterioribus disse-
rendum est. ne dum misceamus quaestionibus quaestiones. obscuram audientibus
intelligentiam relinquamus. Reseruato ergo hoc quod fatemur possibilia deum

deum dedisse mandata. Ne ipse iniusticie autor sit si id exigat fieri. quod
non potest fieri. Aut illud imple quod proposueras posse hominem sine peccato
esse si velit. Aut eum dabis eos qui potuerunt. aut si nullus potuit. liquido
confitebens hominem imperpetuum vitare peccata non posse. Critobulus. Cum urges
me me. ut dem quod dare non debeo. illud quesso considera. quod dominus
dixerit. facilius camelum per foramen acus intrare posse quam divitem in regna
celorum. et tamen dixit posse fieri. quod numquam factum est. Neque enim umquam camelus
per foramen acus ingressus est. Attich. Miror hominem prudentem proposuisse
testimonium. quod contra se faciat. In hoc enim non quod fieri possit dictum est. sed
impossibile impossibili comparatum. quo enim camelus non potest intrare per fo-
ramen acus. Ita et dives non ingredietur regna celorum. aut si potueris
ostendere. quod dives ingrediatur regna celorum. sequitur ut et camelus intret per
foramen acus. Nec michi abrahe et ceterorum quos in veteri testamento di-
vites legimus exempla proponas qui divites ingressi sunt regna celorum. cum
tamen ipsis divitiis ad bona abutentes opera. divites esse desierint. ymo
non sibi sed aliis divites fuerint. et dispensatores magis dei quam divites
appellandi sint. Sed nobis ewangelica perfectio requirenda est. ubi precipitur
Si vis perfectus esse vade vende omnia tua que habes et da pauperibus
et veni sequere me. Critobulus. Dum nescis proprio captus es laqueo. Attich.
Quomodo. Critobulus. Ex sententia domini asseris hominem posse esse perfectum
qui enim dicit. Si vis perfectus esse. Vende omnia que habes. et da pauperibus
et veni sequere me. Ostendit hominem si voluerit et fecerit que precepta sunt posse
esse perfectum. Attich. Validissimo quidem pugno me percussisti. ita ut caligo mihi
ante oculos obversari cepit. Sed tamen hoc ipsum quod dicitur. Si vis esse perfectus
ei dicitur qui non potuit. ymo noluit. et idcirco non potuit. tu autem ostende mihi
qui et voluit et potuit. quod nunc pollicitus es. Critobulus. Que enim me cogit
necessitas ostendere quosdam perfecti fuerint. cum perspicuum sit posse esse perfectos. exeo
quod unius a salvatore sit dictum et per unum omnibus. Si vis esse perfectus. Attich.
Tergiversaris et in eodem luto hesitas. Aut enim quod fieri potest aliquando
factum est aut si numquam factum est. fieri non posse concede. Critobulus. Quid
ultra differo scripturarum auctoritate vincendus es. ut cetera pretermittam.
Nonne hiis duobus testimoniis tibi imponetur silencium. In quibus Job et
zacharias elizabeth quos laudantur. nisi fallor enim in job ita scriptum est.
Homo quidam erat in regione ausitide. nomine Job. et erat homo ille verax
et sine crimine verus dei cultor abstinens se ab omni re mala. Et iterum quis
est qui arguit. Iustum meum sine peccato. et loquitur verbis suis pignoratoria. In ewangelio
quoque secundum zachariam de vice abija. et uxor illius de filiabus aaron et nomen
eius elizabeth. Erant autem ambo iusti coram deum incedentes in omnibus
mandatis et iustificationibus domini sine querela. Si vero dei cultor est. et
inmaculatus et sine crimine et qui ambulat in cunctis iustificationibus domini

iusti sunt in conspectu eius. Puta quod peccato careat. et nulla re indigeant
que ad iusticiam pertinet. Atti. Proposuisti testimonia que non de alterius scrip-
ture loco. sed de diversis libris absoluta sunt. Nam et Iob postquam percussus est
plaga. multa adversus severitatem dei provocans eum ad iudicandum, dixisse convincitur
atque utinam sic iudicaretur vir cum deo. quomodo iudicatur filius hominis cum colloga
sua. Et iterum quis tribuat michi auditorem. Ut desiderium meum omnipotens
audiat. et librum scribat ipse qui iudicat. Et rursum. Si fuero iustus os meum
impia loquetur et si absque crimine pravus inveniar. Et si purificatus nive
et lotus mundis manibus. satis me sordibus tinxisti. Et execratum est me ve-
stimentum meum. Et de zacharia scriptum est quod angelo nativitatem filii
pollicente dixerit. Unde hoc sciam ego enim sum senex. et uxor mea pro-
cessit in diebus suis. Ob quod statim silencio condempnatur. eris tacens et loqui non
poteris. Usque ad diem quo fiat hec. eo quod non credidisti verbis meis. que com-
plebuntur in tempore suo. Ex quo perspicuum est iustos quos dici. et inmaculatos.
sed si negligentia subrepserit. posse concidere. et hominem in medio po-
situm. Ut et de virtutum culmine ad vicia dilabatur et de viciis ascendit ad
sublimia et numquam eum esse securum. sed et metuere in tranquillitate nau-
fragium. Ac per hoc hominem sine peccato esse non posse dicente salomone. Non est
homo iustus super terram. qui faciat bonum et non peccet. et eodem in regnorum libro
Neque enim est homo. qui non peccet. Ac beato david. Delicta quis intelligit
ab occultis meis munda me. ab alienis parce servo tuo. Et iterum. Ne ingredi-
aris in iudicium cum servo tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens
Et multa alia quibus scripture sancte plene sunt. Crit. Quid ergo respondebis ad
illud exemplum, quod posuit evangelista iohannes. Scimus quod omnis qui na-
tus est ex deo. non peccat. sed generatio dei conservat eum. et malignus
non tangit eum. Scimus quoniam ex deo sumus et mundus totus in maligno
positus est. Atti. Par pari refero. et pro eadem evangeliste epistolam secundum
sensum tuum. docebo sibi esse contrariam. Si enim omnis qui natus est ex deo peccatum
non facit. quoniam semen eius manet in eo. et non potest peccare. quia ex deo
natus est quare consequentia idem in eodem loco sequitur Si dixerimus
quoniam peccatum non habemus. ipsi nos seducimus. et veritas in nobis non est
Ignoras racionem. Hesitas atque turbaris. ~~et veritas~~ Audi eundem evan-
gelistam. Si confiteamur peccata nostra. fidelis est iustus. ut dimittat nobis
peccata nostra et mundet nos ab omni iniquitate. Quando ergo iusti sumus.
quando nos peccatores fatemur. et iusticia nostra non ex proprio merito. sed ex dei consistit
misericordia. dicente sancta scriptura Iustus accusator sui est in principio
sermonis. Et in alio loco. Dic tu peccata tua ut iustificeris. Conclusit enim deus
omnia sub peccato. ut omnibus misereatur. Et hec hominis summa iusticia.
quicquid potuerit habere virtutis. non suum putare esse. sed domini qui lar-
gitus est. Qui ergo natus est ex deo. non peccat quamdiu semen
dei manet in eo. et non potest peccare. quia ex deo natus est. Sed

quia magno domino dormiente paterfamilias · inimicus homo zizania
superseminat · et frumento horreis condito bono / dum nescimus lolium quod
nasci pater noster non fecerit. Ideo palea illa evangelii formidanda
est que purgat aream et frumento horreis condito · paleas ventorum flati/
bus dispergendas · et urendas ignibus derelinquit · Unde et in hieremiam
scriptum legimus · quid de paleis ad frumentum dicit dominus · Palee autem frumento
in consummatione seculi separantur · Ex quo approbatur dum sumus in corpore isto morta/
li mixtas esse cum tritico · Quod si oppositus fueris dixeris quod non potest
peccare · quia ex deo natus est · audiens et ubi erit primum voluntatis ·
Si enim ideo non peccat · quia peccare non potest liberum tollitur arbitrium ·
et nequaquam nostri fit operis esse bonum · sed nature bonum · que peccata non capiat · Critobulus · Audio
facilioria te posuisse ut te in minoribus exercerem · Quid ad illud dices potius
quod quamvis sis ingeniosus nulla valebis arte subvertere · Primum ponam
de veteri testamento · Deinde novo · Veteris testamenti princeps est ·
Novi dominus atque salvator · moyses loquitur ad populum · perfecti estote in conspectu
domini dei vestri · Et salvator ad apostolos · Estote perfecti sicut pater vester
celestis perfectus est · Aut enim possibile est audientibus fieri quod dominus et
moyses preceperunt · aut si impossibile non est culpa eorum qui obedire non pos/
sunt · sed eius qui impossibilia precepit · Atticus · Hic locus apud imperitos
et scripturarum sanctarum meditacione usum et scientiam non habentes · videtur optime
tue prima fronte blandiri · verum discussus facile solvitur et cum testi/
monia scripturarum aliis comparaverit testimoniis · ne dei spiritus per qualitatem
locorum et temporum videatur contrarius esse · Secundum illud quod scriptum est · Abyssus
abyssum invocat in voce catharactarum suarum · tunc veritas apparebit ·
Dicit et christum possibilia precepisse dicentem · estote perfecti sicut et pater vester
celestis perfectus est · et tamen apostolos non fuisse perfectos · Critobulus · Non dico quod a/
postoli fecerint · sed quid christus precepit · neque enim culpa imperantis est · sed eorum
qui audierunt impudens quod utique potuisse fieri ex iusticia eius qui imperabat agno/
scitur · Atticus · Pulchre · Nolo ergo michi dicas posse homines sine peccato
esse si velit · sed posse hominem id esse · quod apostoli non fuerunt · Critobulus · Tam
stultum me putas ut hoc audeam loqui · Atticus · licet non loquaris · tamen ex/
posicione tua ipsa consequentia et rerum ordine invitus hec loqueris ·
Si enim potest homo esse sine peccato quod apostolus non potuisse comperitum est · potest
homo esse super apostolos · ut taceam de patriarchis et prophetis · quorum in lege
non fuit perfecta iusticia · Secundum illud apostoli · Omnes enim peccaverunt · et
egent gloria dei · Iustificati gratis per gratiam ipsius per redempcionem que est in christo
ihesu quem proposuit deus propiciatorem · Critobulus · Hec argumenta tortuosa et
ecclesiastica simplicitate maiora philosophorum spineta concludes · Quid
aristoteli et paulo · Quid platoni et petro · ubi enim princeps philosophorum
ita hic apostolorum fuit · super quem ecclesia domini stabili mole fundata est · que

nec impetu fluminis nec ulla tempestate concutitur. **Atti.** Rhetoricaris. et dum michi obiicis pyrrhum. ad oratorum castra transcendis. Verum audi quid idem loquatur orator tuus. desine communibus locis. domi nobis ista nascuntur.

Crit. Nulla hic eloquentia est. nullus oratorum tumor. quorum diffinicio est dicere ad persuadendum accommodate. sed parum puto sermone congruimus veritatem. quia dominus possibilia non fecerit. quia si non possunt fieri non eos qui impossibilia non faciunt. sed illum qui impossibilia precepit. quod nephas dictu sit convinci iniusticie.

Atti. Video te contra mores tuos vehementer esse commotum. et propterea argumentari desinam. sed paucis te interrogabo. quid de illo apostoli loco sencias. quem scribit ad philippenses. Non quia iam acceperim aut iam perfectus sim. persequor autem si comprehendam in quo et apprehensus sum a christo. fratres ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem posteriorum obliviscens ad ea que in priora sunt me extendens. iuxta propositum sequor ad bravium superne vocationis dei in christo ihesu. Quicumque ergo perfecti hoc sapiamus et si quid aliter sapitis hoc quoque vobis deus revelavit. et cetera. que te scire non dubito. et nos brevitatis studio reticuimus. quod dicit se nec dum comprehendisse et nequaquam esse perfectum. Sed instar sagittarii ad propositum et ad signum iacula dirigere que significancius greci *skopon* vocant ne sagitta ad partem declinans alteram imperitum ostendat sagittarium. Et asserit preteritorum se semper oblivisci et ad priora semper extendi. per quod docet preterita negligenda et futura cupienda ut quod hodie perfectum putaverit. dum ad meliora et priora extenditur. cras imperfectum fuisse convincat. Atque ita per singulos gradus dum nunquam instat ac semper incursu ostendit imperfectum. doceat quod hominibus putabamus esse perfectum. solaque perfectorum et veram iusticiam dei tantum virtutibus coaptanda. Secundum propositum inquit persequor ad bravium superne vocationis dei in christo ihesu. O apostole paule ignosce michi quasi homunculo mea vicia confitenti. si audacter interrogem. dicis te nec dum accepisse et nec dum comprehendisse et nec dum esse perfectum et preteritorum semper oblivisci et ad priora te extendi. Si quo possis occurrere in resurrectione mortuorum et consequi premium superne vocationis. Et quo statim infers. quotquot ergo perfecti hoc sapiamus sive sapimus. diversa enim sunt exemplaria. quid sapimus. et sive sapiamus nos esse perfectos. quod non dum perfecti sumus. Quid ergo sapimus ymmo quid sapere debemus. qui perfecti sumus. imperfectos nos esse confiteri et nec dum comprehendisse. nec dum accepisse. Hec est hominis vera sapientia imperfectum esse se nosse atque ut ita loquar cunctorum in carne iustorum imperfecta perfectio est. Unde et in proverbiis legimus. ad intelligendam iusticiam veram. Nisi enim esset et falsa iusticia. nunquam dei vera iusticia diceretur. Et in eodem apostoli loco sequitur. Et si quid aliter sentitis et hoc vobis deus revelavit. Rem novam audio. qui paulo ante dixerat. non quia iam acceperim. quia iam perfectus sum. et vas electionis. qui presidencia habitantis in se christi. audiebat loqui dum experimentum queritis eius. qui in me loquitur christus. Et tam simpliciter

fatebatur. [Atqui experimentum quantis curis] se non esse perfectum. Rursum quod beatus apostolus de
negabat, mittit in turbam. Jungit se cum ceteris et ait: Quotquot ergo perfecti
hoc sapiamus. Sed qua ratione hoc dixerit, exponit in consequentibus: Hoc
inquit sapiamus qui volumus secundum humane fragilitatis modulum esse per-
fecti. Nec dum nos accepisse, nec dum comprehendisse, nec dum esse per-
fectos. Et quia nec dum perfecti sumus, et forsitan aliter sapimus quam poscit vera
et perfecta perfectio, si quid aliter sapimus et aliter intelligimus quam dei habet scientia,
et hoc nobis dominus revelabit, ut precemur cum David atque dicamus: Revela
oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Ex quo perspicuum est duas
in scripturis sanctis esse perfectiones, duasque iusticias et duos timores.
Primam perfectionem et incomparabilem veritatem perfectam quoque iusticiam et timorem qui est
initium sapientie, dei virtutibus coaptanda. Secundam autem que non solum hominibus
sed et omnibus creaturis competit nostre fragilitati, iuxta illud quod in psalmis dicitur:
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ea iusticia que non com-
paratione, sed scientia dei dicitur esse perfecta. Job quoque et Zacharias et Elizabeth iusti
dicti sunt secundum eam iusticiam que possit in iniusticiam aliquando mutari, et non secundum
illam que mutari numquam potest, et qua dicitur: Ego deus et non mutor. Hoc est
quod apostolus in alio loco scribit: Et enim non est glorificatum quod glorificatum est
propter excellentem gloriam. Ex videlicet legis iusticia ad comparationem evangelice gratie
non videatur esse iusticia. Si enim ait quod destruitur gloriosum est, multo magis
quod permanet est in gloria. Et iterum: Ex parte scimus et ex parte prophetamus. Cum autem
venerit quod perfectum est, destruentur illa que ex parte sunt. Et videmus nunc per spe-
culum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc ex parte cognosco, tunc cognoscam
sicut et cognitus sum. Et in psalmis: Mirabilis facta est scientia tua ex me, et
confortata est et non potero ad eam. Et iterum: Existimabo cognoscere; hoc labor est
in conspectu meo, donec introeam in sanctuarium et intelligam in novissimis
eorum. Et in eodem loco: Ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum. Et Ie-
remias: Stultus factus est omnis homo a scientia. Et inde Paulus apostolus: Fa-
tuum inquit dei sapientius est hominibus, et multa alia que studio brevitatis
omitto. Critobulus. Argute quidem mihi Attici mellis dixisti, sed labor
tuus et multiplex testimoniorum complicatio mee parti proficit. Neque enim
ego hominem deo comparo sed aliis hominibus, quarum collatione qui studium de-
derit potest esse perfectus. Ac per hoc cum dicitur: Homo potest esse sine peccato si voluerit,
iuxta mensuram hominis. Non iuxta dei dicitur maiestatem, cuius comparatione nulla
creatura potest esse perfecta. Atticus. Critobole, hec memoras meum facis
et ego hoc sentio, nullam creaturam secundum veram consummationem atque iusticiam pos-
se esse perfectam. Ceterum alium differre ab alio et diversas in hominibus esse
iusticias nulli dubium est, et vel maiorem esse alium vel minorem, et
tamen secundum statum et mensuram suam posse iustos nominari, qui aliorum comparatione
non iusti sunt. Verbi gratia: Paulus vas electionis, qui plus omnibus apostolis

laborauit. Utique iustus erat scribens ad thimotheum. Certamen bonum
certaui cursum consumaui. fidem seruaui. De cetero reposita est michi corona
iusticie quam reddat michi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem michi. sed
et omnibus qui diligunt aduentum eius. Iustus erat et thimotheus discipulus eius
et imitator. quem docet. quid agere debeat. et quem modum tenere virtutum pu/
tamus. ne una et eadem in utroque fuisse iusticia. et non plus habere meri/
torum eum. qui plus omnibus laborauit. Multe mansiones apud patrem. quia et
merita diuersa. Stella a stella differt in gloria et in uno etiam corpore membra
diuersa sunt. habet sol fulgorem suum. luna quoque noctis tenebras temperat. Et
quinque alia sidera. que vocantur errantia. diuersis cursibus et luminibus celum peragrant
Innumerabiles alie stelle quas in firmamento cernimus. in singulis
diuersa sunt lumina. et tamen in suo una queque perfecta est. Ita dumtaxat ut comparatione
maioris perfectionis careat. In corpore quoque humano membra diuersa sunt. aliud oculus
aliud manus. aliud pes agunt. Unde dicit et apostolus. Non potest oculus dicere manui
non eam est mihi necessaria. aut item caput pedibus. Non desidero opera vestra.
Numquid omnes apostoli numquid omnes prophete. Numquid omnes magistri. Numquid omnes virtutes
Numquid omnes donationes habent sanitatum. Numquid omnes linguis loquuntur
Numquid omnes interpretantur. Emulamini dona maiora. Omnia autem hec operatur
unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique prout vult. In quo diligenter in/
tende quod non dixerit. secundum quod unumquodque membrum cupit sed secundum quod ipse vult
spiritus. Neque dicere enim potest vas figulo. Quare ita vel ita me fecisti. An non
habet figulus potestatem. de eodem luto. aliud vas facere in honorem aliud in con/
tumeliam. Unde consequenter adiecit. Emulamini dona maiora vel meliora quibus sumus
hiis qui comparationis vel fide et industria plus ceteris eminentibus habere meream
meliores quibus sumus hiis qui comparatione nostri in secundo vel tercio gradu positi sunt. In
domo magna vasa diuersa sunt. alia aurea alia argentea. enea ferrea. lig/
nea quoque. et tamen secundum modulum suum cum eneum vas perfectum sit. comparatione argen/
tei vasis imperfectum dicitur. Rursum quoque argenteum aurei collatione deterius est
atque hoc modo dum sibi invicem comparantur. et imperfecta sunt omnia. In agro terre bone
ex una semente. tricenarium et sexagenarium et centenarium fructum exorit
Ipsis numeris indicatur imperfectum quod nascitur. et tamen in suo perfecta sunt singula. Eli/
sabeth et zacharias. quo testimonio quasi in penetrabili ueritatis clipeo. docere
nos possunt. quanto inferiores sint beate marie virginis matris domini. sanctitate que
conscientia in se habitantis dei libere proclamabat. Ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est
et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit
potentiam in brachio suo. In quo animaduerte quod beatam esse se dicat. non proprio me/
rito atque virtute. sed dei in se habitantis clementia. Ipse quoque iohannes quo maior
non fuit inter natos mulierum parentibus suis melior est. Non enim solum
hominibus sed et angelis testimonio domini comparatur. et tamen quod cunctis hominibus erat

maior in illa · minime in regno celorum maior fuisse perhibetur. Quid mirum collatione sanctorum alios esse meliores · alios iustiores vel econverso hoc liquido posset intelligi. Ad ierusalem dicitur que multis erat peccatorum confossa vulneribus / Iustificata est sodoma ex te. non quo sodoma per se iusta sit · quia meritos collapsa cineres audit per ezechielem · restituetur zodoma in antiquum · sed quo comparatione sceleratiorum hierusalem · hec iusta videatur. Illa enim filium dei trucidavit · hec propter habundantiam panis · et luxurie magnitudine excessit modum libidinis. Publicanus in evangelio / qui percuciebat pectus · quasi thesaurum cogitationum pessimarum et conscientia delictorum · oculos non audebat tollere superbientis pharisei collatione sit iustior. Et thomar sub specie meretricis fallit iudam · et ipsius sina / qui deceptus est meretur audire iustificata est thamar magis quam ego · ex quibus omnibus approbatur non solum ad comparacionem divine maiestatis · homines nequaquam esse perfectos · sed nec angelorum quidem et ceterorum hominum · qui virtutum culmina conscenderunt · ut tu tu / qui melior es / alium collatione tui imperfectum esse monstraveris. Rursum ab alio te precelli virtutis · at per hoc non habeas veram perfectionem · que si perfecta sit nulla re indiget.

Chri. Et quo attinet ad perfectionem divinus sermo provocat. Acti. Hoc idem quod dixi. Ut secundum vires meas unusquisque quantum valuerit extendat. Si quo possit pervenire · et comprehendere bravium superne vocationis. Denique omnipotens deus cui docet apostolus iuxta dispensationem carnis assumpte subiciendum filium. Ut sit deus omnia in omnibus perspicue demonstrat. Nequaquam sibi cuncta esse subiecta. Unde et propheta subiectione sui in fine presumit dicens. Nonne deo soli subiecta erit anima mea · ab ipso enim salutare meum. Et quia in corpore ecclesie caput christus est · quamdiu Nec enim si patitur unum membrum compatiuntur omnia et totum corpus unius membri dolore cruciatur quod dico ita manifestius fiet. quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus et fragili carne circumdamur · ymo mortali et corruptibili · beatos esse nos credimus si in singulis virtutibus · partibus virtutum deo subiecti simus. Cum autem mortale hoc induerit fuerit in mortalitate et corruptivum incorruptione vestitum et absorpta mors in christi victoria · tunc deus erit omnia in omnibus Ut non sit tantum in salomone sapientia in david tantum mansuetudo. In helya et phinees zelus. In abraham fides In petro tanto dictum est · symon iohannis amas me · perfecta dilectio · in electionis vase studium predicandi · et in ceteris vel bina vel trina · sed totus in cunctis sit · et omni virtutum choro sanctorum numerus glorietur · et sit deus omnia in omnibus. Chri. Nullus ergo sanctorum / quamdiu in isto corpusculo est cunctas potest habere virtutes. Acti. Nullus · quia nunc ex parte prophetamus · et ex parte cognoscimus nec enim possunt omnia esse in hominibus · quia non est immortalis filius hominis Chri. Et quo legimus qui unam habuerit omnes habere virtutes · Acti. Participacione non proprietate · necesse est enim quod singuli excellant in aliquibus · et tamen hoc / quod legisse te dicis / ubi scriptum sit nescio. Chri. Ignoras hanc philosophorum esse sententiam. Acti. Sed non apostolorum. Neque enim curae michi est · quid aristoteles · sed quid paulus doceat. Chri. Obsecro te · nonne

Iacobus apostolus scribit · qui in uno offenderit · esse eum omnium reum · Attici ·
Ipse locus sic impletur · Non enim dixit ut repetam disputata · qui divite
pauperi in honore praetulerit · reus est adulterii vel homicidii · In hoc enim
delirant stoici · paria contendentes esse peccata · Sed etiam ita qui dixit
Non moechaberis · dixit et non occides · Quod si non occides · moechaberis
autem factus es transgressor legis · Leviora enim levibus et gravia
gravibus comparantur · Nec ferula dignum vicium gladio vindicandum est · Nec
gladio dignum scelus ferula coercendum · Critobuli · Esto ut nullus sanctorum
omnes virtutes habeat · hoc certe dabis in eo quod potest facere · si fecerit · esse perfectum
Attici · Non tenes quod supra diximus · Critobuli · Quid nam illud est · Attici ·
Perfectum esse in eo quod fecit · et imperfectum in eo quod facere non potuit ·
Critobuli · Sed sicut perfectus est in eo quod fecit · quia facere voluit · Ita et in eo
per quod imperfectus est · quia non fecit · perfectum esse potuisse si facere voluisset ·
Attici · Quis enim non vult facere quod perfectum est · aut quis non cunctis cupiat florere
virtutibus · Si totum requiris ab omnibus tollis rerum diversitatem et gratiarum distan-
tiam · et creatoris artificum varietatem · cui sacer propheta psallit canens · Omnia
in sapientia fecisti · Indignetur lucifer quare lune fulgorem non habeat · Luna suis
defectibus et labore causetur · cur annuum solis circulum singulis mensibus expleat
Sol querat quid offenderit ut lune cursu tardior sit · Clamemus et nos homun-
culi · quid cause extiterit · ut homines et non angeli facti simus · quamquam
magister vester Origenes dicat de causis hoc fonte procedere · omnes rationales
creaturas equo asserat iure conditas · ut instar quadrigarum et curruum
de carceribus exeuntes · in medio spatio · vel corruant vel praetervolent · et ad optata
perveniant · Elephanti tante molis et gryphes in sua gravitate causentur ·
cur quaternis pedibus incedant · et musce culicesque et cetera huiuscemodi quan-
tum sub pinnulis senos pedes habeant · et aliqui vermiculi sint · qui tantis
pedibus scateant · et inmobiles sui motus nulla acies comprehendat · Dicat
hoc Marcion · et omnes heretici qui creatoris opibus illudunt · vestrum decretum
huiusque perveniet · et cum singula calumniantur manum iniciat deo · Cur solus
deus sit · cur inviderit creaturis ut non omnes eadem polleant maiestate · Quod
licet non dicatis · neque enim tam insani estis · ut aperte repugnetis deo · tamen
aliis verbis loquimini · te dei hoc copulatis · Ut sit absque peccato · quod et deus est ·
Unde et apostolus · super diversis intonans gratiis loquitur · Divisiones dona-
tionum sunt · idem autem spiritus · Et divisiones ministeriorum · sed idem dominus · Et divi-
siones operationum · unus autem deus · qui operatur omnia in omnibus · Critobuli · Ni-
mius es mora atque eadem questione · Ut persuade conceris hominis vim ipsa
sibi habere non posse · Quasi aut inviderit · aut non potuerit deus praestare yma-
gini et similitudini sue ut in omnibus suo respondeat creatori · Attici · Ego
ne nimius · an tu qui soluta repetis · et non intelligis aliud esse similitudinem

aliud equalitate. Illud picturam. hoc esse corporis veritate. Verus equus
camporum spacia transvolat. pictus parieti heret. Invitum accipiam dei
filio non concedunt. quod tu omni homini tribuis. Alii non audent perfectum
in christo hominem confiteri ne suscipere in eo hominis peccatum cogantur. quasi po-
tencior sit creatio creatore et ipsum filius tantum hominis. quod filius dei.
Aut ergo propone alia quibus respondeam. aut desine superbire. et da gloriam
deo. Critobulus. Immemor es sponsionis tue. ut dum argumentis argumenta
connectis. ac perpetuarum latissimos campos ingrederis. qui libertate iactabaris
super fortissima questione tui pollicitus es te in consequentibus responsurum. quod
tacuisti. oblivionem simulans. ut necessitate responsionis euaderes. Et ego
stultus ad horam tribui quod petebas existimans oblaturum sponte quod acceperas
et non admonitum reddere quod debebas. Atticus. Nisi fallor. de possibilibus
mandatis dilata responsio est pone ergo ut volueris. Critobulus. Aut possibilia
deus mandata dedit aut impossibilia. Si possibilia. in nostra est potestate ea
facere si velimus. Si impossibilia nec in hoc rei sumus. si non facimus quod
implere non possumus. At per hoc sive possibilia dedit deus mandata
sive impossibilia. potest homo sine peccato esse. si velit. Atticus. Queso ut patienter
audias. non enim de adversario victoriam. sed contra mendacium querimus veritatem.
Deus possibiles dedit humano ingenio omnes artes quippe quas plurimi didice-
runt. Ut taceam de hiis quas greci banausikas vocant. nos ad opera manuum
pertinere possimus dicere. Verbi gracia gramaticam. rethoricam. philosophiam triplicem
phisicam et ethicam logicam geometriam quoque et astronomiam. astrologiam. et
arismeticam. musicam que et ipse partes philosophie sunt medicinam que in tria dividitur.
dogmatikon. methodikon empirikon. iuris quoque et legum scienciam. quis unum
quamvis sit ingeniosus potest universa comprehendere. cum eloquentissimus orator de
rethorica et iuris sciencia disputans dixerit. paucis unum posse. utrumque nemo.
Vides ergo quod et deus possibilia iusserit. et tamen id quod possibile est per naturam
nullum potuisse complere. dedit itaque precepta diversa. virtutesque varias. quas
omnes simul habere non possumus. Atque ita fit. ut quod maius vel primum aut
totum est in alio ex parte vero sit. et tamen non sit in crimine. qui non habet omnia. nec
condempnetur ex eo quod non habet sed iustificetur ex eo quod possidet. Describit paulus
qualis esse episcopus debeat. scribens ad thymotheum. Oportet episcopum irreprehensibilem
esse. unius uxoris virum. sobrium pudicum. ornatum hospitalem. docibilem. non
vinolentum. non percussorem. sed mansuetum. non litigiosum. sine avaricia.
Et iterum non neophitum. ne inflatus in iudicium incidat dyaboli. Oportet
autem eum eciam testimonium bonum habere de foris. Ne in obprobrium incidat
et laqueum dyaboli. Tito quoque scribens discipulo. quales episcopos debeat ordinare
brevi sermone demonstrat. Ideo reliqui te crete. ut que reliqua sunt corrigas. et
constituas presbiteros. sicut ego tibi precepi. Siquis est sine crimine. unius uxoris
vir filios habens fideles. nec in accusacione luxurie. aut non subiectos

Oportet autem episcopum esse sine crimine sine accusatore. hoc enim magis aneskaetos
sonat. Sicuti dei dispensatorem. Non protervum. Non iracundum. Non vinolen/
tum. Non percussorem. Non turpis lucri appetitorem. Sed hospitalem. benig/
num. pudicum. iustum sanctum. continentem. obtinentem doctrine fidelem sermonem.
Ut possit exhortari in doctrina sana. et contradicentes redarguere ut diversarum
personarum varia precepta. nunc sileam. ita mandata episcopi me tenebo. Ut
certe deus tales esse episcopos sive presbiteros. quales vas electionis docet. Primum quod
dixit irreprehensibilis. aut nullus aut rarus est. Quis est enim qui non quasi
in pulchro corpore aut nevum habeat aut verrucam. Si enim ipse apostolus dicit de /
petro. quod non recto pede incesserit in evangelii veritate. et intantum reprehensibilis
fuit. ut et barnabas adductus sit in eandem simulationem. quis indignabitur
id sibi denegari quod princeps apostolorum non habuit. Deinde. Unius uxoris
virum. sobrium. pudicum. ornatum. hospitalemque. ut superius illud certe quod sequitur.
DIDAKTIKON. qui possit docere. non ut interpretatur latina simplicitas. docibi/
lem cum ceteris virtutibus difficile invenias. Vinolentum quoque. et percussorem. et turpis
lucri cupidum. repudiat apostolus et pro his cupit mansuetum. absque iurgio. sine
avaricia. et ut domum suam optime regat. quod quidem vel difficillimum est. ut filios
habeat subiectos cum omni pudicicia. vel filios carnis. vel filios fidei. cum omni
inquit pudicicia. Non ei sufficit. ipsum habere pudiciciam. nisi et filiorum et
comitum ac ministrorum pudore decoretur. dicente david. Ambulans in via
immaculata hic michi ministrabat. Consideremus quoque epitasin pudicitie filios
habentes subditos in omni pudicicia. ut non solum opere. sed sermone quoque et nutibus
se obstineant impudiciciis. Ne forte illud incidat heli. qui certe increpuit
filios suos dicens. Nolite filii mei nolite malum hoc facere. non bona fama
ego audio de vobis. Corripuit et punitus est. quia non corripere debuit. sed
abicere. quid faciet qui gaudet ad vicia. qui emendare non audet. quia conscientiam
sui metuit. et quod cunctus populus clamitat nescire se simulat. quod sequitur.
aneskaethon. ut a nullo accusetur. ut bonam opinionem ab hijs qui foris sunt
habeat. ut etiam adversariorum ~~male~~ maledictis careat et quibus doctrina
displicet. placeat conversacio. puto quod non sit facile reperire maxime quia illud
ut potens sit adversarijs resistere et perversas opprimere et superare doctrinas. Ut
non neophitus episcopus ordinetur quod videmus nostris temporibus pro summa legi
iusticia. Si enim baptismum statim iustum faceret et omni plenum iusticia.
nequaquam utique apostolus neophitum refutaret. Sed baptismum vetera peccata
concedit. novas virtutes non tribuit. dimittit de carcere. et dimisso si/
laboraverit premia pollicetur. Aut nullus inquam aut rarus est. qui omnia
habeat. Habere debet episcopus. et tamen si unum vel duo de cathalogo virtutum
episcopo cuiquam defuerit. non tamen iusti carebit vocabulo. Nec ex eo dampnabitur
quod non habet. sed ex eo coronabitur quod possidet. omnia enim habere et nulla in
digere virtutis eius est. qui peccatum non fecit. nec dolus inventus est

in ore eius · qui cum malediceretur non maledixit · qui consitentur virtutum conscientiam
loquebatur · ecce venit princeps mundi huius · et in me invenit nichil · qui
cum esset in forma dei nequaquam rapinam arbitratus est · equalem se esse deo
Sed se exinaniuit formam servi accipiens · et factus est obediens patri usque
ad mortem mortem autem crucis · Propterea donavit ei deus nomen quod est
super omne nomen · ut in nomine ihesu flectatur genu celestium · et terrenorum
et infernorum · Si ergo in una christi persona · pauca precepta aut nequaquam · aut
difficulter invenias · quid facies de omni homine · qui cuncta debet implere
mandata · ex corporalibus consideremus spiritualia · Alius velox pedibus est · sed non
fortis manu · Ille tardus incessu · sed stabilis in pede · hic pulchram habet faciem
sed rauce vocis est · Alius teter · sed dulci modulatione decantat · Illum ingeni/
osum sed obliviosum · hunc memorem · sed tardi videmus ingenii · In ipsis con/
troversiis · in quibus quondam pueri lusimus · non omnes similes vel in prohemiis
vel in narrationibus vel in excessibus · vel in argumentis · aut exemplorum
copia · et epilogorum dulcedine se agunt · sed eloquentie · media atque alia
parte dissimiles sunt · De viris magis ecclesiasticis loquar · Multi evangelia bene
disserunt · sed in explanatione apostoli impares sibi sunt · Alii cum in instrumento
novo optime senserint in psalmis · et in veteri testamento muti sunt · hoc
totum dico · quod non omnia possumus omnes · Rarusque aut nullus est divitum
qui in omni substantia sua paria universa possideat · Possibilia precepit
deus · et ego fateor · sed hec possibilia cuncta singuli habere non possunt · Non
inbecillitate nature · ne calumniam facias · sed cum lassitudine que cunctas simul
et semper non potest habere virtutes · Reprehende et in eo arguas creatorem · quod te talem
condiderit · qui deficias atque lassescas · dicam iterum · maior erit reprehensio si
eum volueris accusare · quod te non deum fecerit · Sed dices si non possum ergo
peccatum non habeo · habes peccatum · qualiter non feceris · quod alius potuit facere
Rursumque illud tenuis comparatione deteriores vel cum in alia virtute vel alterius
erit collatione peior · atque ita fit · ut quecumque primum putaveris minor sit eo
qui se in alia parte minor est · Crito · Si non potest homo esse sine peccato
quomodo iudas scribit apostolus · Ei autem qui potens est · vos conservare sine peccato
et constituere coram conspectum glorie sue immaculatos · Quo testimonio con/
probatur posse hominem sine peccato esse · et maculam non habere · Attici.
Non intelligis quid prosequeris · Neque enim homo potest esse sine peccato · quod scriptura
habet sententiam · sed potest si voluerit deus conservare hominem sine peccato et in
inmaculatum sua misericordia custodire · Hoc et ego dico · quod cuncta deo
possibilia sunt · homini autem non quicquid voluerit possibile est · et maxime id
esse quod nulla habere legeris creaturam · Crito · Non dico hominem esse
sine peccato · quod tibi forsitan impossibile videatur · sed posse esse si velit
Aliud est enim esse · aliud posse esse · quecumque exemplum posse ostendit impletur
veritate · Attici · Nugaris nec meministi illius proverbii · Actum ne agas · et in

eodem teneo voluptatis · ymo laterē lauas · pro quo nichil aliud audies ·
nisi hoc qd̄ hominibꝫ pt̄z · rem te uelle firmare · que nec est nec fuit et forsitan
nec futura est · Atqȝ ut ipso ṽbo utar et stulticiā asusthathe argumentatoris
ostendā esse · posse te dice' qd̄ esse nō possit · hoc enim qd̄ proposuisti · posse hoīez
sine pctō esse · si velit · Aut verū est aut falsum est · Si verū est ostende
quis fuerit · Si falsū · qd̄ falsū est · fieri nunqȝ pt̄ · Verū hec quasi explosa
tractant · et in strimiolis vēis tm̄ insistent · Publica faciē formidancia
transeamus ad alia · inquibꝫ ppetua orōe utendū est · Ita dumtaxat ut hēās
potestatē respondendi et querendi si quid volueris · Crit · Audio patienter
non enim dicam libenter · et mirabor ingeniū · nisi magis stupeo falsitate
Atti · Vtrū falsa sint an vera · q̄ dicturus sum · tu audiens tu pbab' · Crit ·
Loquere ut vis michi decretū est si respondere nō potuero magis silere q̄ me
dato adquiescere · Atti · Quid mi est · an te tacente · ul' loquente supem · et
iuxta prothei fabulā vigilantē capiā an dormientem · Cum dixeris
que volueris · audias · q̄ nequaquā velis · Veritas enim laborare pt̄ · vinci
non pt̄ · Libet sināas tuas parūper discutere · ut intelligant sectatores tui
quā diuinū inte mitent ingeniū · Quos sine pctō esse nō posse ni qui
sciam legis habuerit · p̄ qd̄ magnam ptem xp̄ianorum excludis a iusticia ·
et qui pdicatores in pectantie omēs pctores esse pnuncias · Quota enim
quisqȝ xp̄ianorum habet legis sciam · quā in multis doctoribꝫ eccl'e aut
raro · aut difficulter inuenias · Verū tu tante es liberalitatis · et fauore tuo ap
amazonas tuas concilias · ut in alio loco scripseris · C Scien̄s legis etiā xxv
feminas habē debē · cū aplus doceat · tacendū esse mulieribꝫ in eccīa · et si
quid ignorant · domi viros suos debē csule' · Nec sufficit tibi dedisse agmini
tuo sciam scripturarū · ni earū voce et canticis delecteris · C Iungis enim et ponis clv
intitulo · clv · C et femine dm̄ psallē debeant · Quis enim ignorat psallen
dū esse feminis in cubiculis suis · et absqȝ virorū frequencia et congregatione xiii
turbarum · Verū tu donas qd̄libet · ut qd̄ verecunde facere debebat et absqȝ
ullo arbitro · magistri auctoritate pclamant · C Addis pterea seruū dei michi
amarū de ore suo · sed semper qd̄ dulce est · debere pferre · et quasi aliud
sit seruus dei aliud doctor · et sacerdos eccl'ie · oblitus posueris sine ponis in alio xxviii
titulo · C Sacerdotē siue doctorē oim̄ actum speculari debere · et fiducialit'
corripe peccātes ne p hysdem racionem reddat · et eorū sanguis de
suis manibꝫ requirat · nec semel dixisse contentus adiungis replicas et in xxxxi
culcas · C Sacerdotē siue doctorē nemini adulari debē sed audent omēs
corripe · ne et se et eos qui eū audiunt pdat · tāta ne esse in vno ope
dissonanciā · ut quid prius dixeris nescias · Si enim seruus dei michi amarum
de suo debet ore pferre · sed semper qd̄ dulce et suaue est · Aut sacerdos et
doctor serui dei nō erunt · qui fiducialit' debent corripe peccātes et nulli
adulari · sed audacter omēs increpare · Aut si sacerdos et doctor nō

solum servi dei. sed inter servos dei principem tenet locum. frustra servus dei
blanditias et dulcedines reservasti. cum hoc proprie hereticorum sit. et corda
qui decipere cupiunt audientes. dicente apostolo. huiusmodi enim xpo domino nostro
non serviunt. sed suo ventri. et per dulces sermones et benedictiones sedu-
cunt corda innocentum. Pessima insidiosa. callida blanda est adulatio. Pul-
chreque adulator apud philosophos diffinitur. blandus inimicus. veritas amara
est. rugose frontis ac tristis. offendit quos corripit. Unde et apostolus loquitur.
inimicus vobis factus sum veritatem dicens vobis. et comicus. obsequium
amicos. veritas odium parit. Qua propter pascha cum amaritudinibus come-
dimus. et vas electionis docet pascha celebrandum cum veritate et sinceritate
Veritas sit in nobis. et sinceritas et amaritudo ilico consequitur. Illud
vero quod in alio ponis loco omnes voluntate propria regi. Quis xpianorum
possit audire? Si enim non unus. nec pauci. nec multi. sed omnes reguntur
propria voluntate. ubi erit auxilium dei. et quo istud exponens a domino
gressus hominis diriguntur. et non in homine via eius. et nemo potest quicquam
accipere. nisi datum fuerit ei desuper. Et in alio loco. Quid enim habes quod non
accepisti. Si autem accepisti. quid gloriaris quasi non acceperis. Dicente domino
salvatore. Non descendi de celo. ut faciam voluntatem meam. sed voluntatem eius
qui me misit patris. Et in alio loco. Pater et si fieri potest transeat calix
iste a me. Verumtamen non quod ego volo. sed quod tu. Et in oratione dominica. fiat volun-
tas tua. sicut in celo et in terra. Qua sine temeritate aufers dei omnibus
presidium. Et quod in alio loco frustra conaris adiungere. Non absque dei gratia
quo sentire velis ex hoc loco intelligitur. dum itaque eius non ad singula
refers opera sed ad conditionis ac legis et liberi arbitrii potestatem. Illud
lxii vero quod insequenti ponis capitulo in die iudicii iniquis et peccatoribus non parcen-
dum. sed eos ignibus exurendos. ferre quis potest. in dicere te misericordiam
dei. et et ante diem iudicii de sua iudicius iudicare. ut si voluerint iniquis
et peccatoribus parcere. te prescribente non possit. Dicis enim scriptum est in centesimo
tertio psalmo. deficiant peccatores a terra. et iniqui ita non sint. Et in ysaya
comburentur iniqui et peccatores simul. et qui relinquunt deum consumabuntur. et non
intelligis comminationem dei interdum sonare clementiam. non enim dicit eos
eternis ignibus exurendos. sed a terra desistere et iniquos esse cessare. Aliud est
iniquos a peccato desistere aliud eos perire in perpetuum et eternis ignibus cremari.
Denique ysaias de quo ponis testimonium comburentur aut iniqui et peccatores
simul et non addidit in eternum et qui dereliquerunt dominum consumabuntur. proprie
hoc de hereticis loquitur qui rectum fidei tramitem relinquentes consumabuntur
si noluerint reverti ad dominum quem reliquerunt. que sententia et tibi parata est. si
neglexeris ad meliora converti. Deinde tuum est eos temeritatis iniquos
et peccatores in perpetuis urgere. quia nobis sic desinunt. Omnis impius iniquus

est et peccator . nec recipiat ut possimus dicere . omnis peccator et iniquus etiam
impius est . Impietas enim proprie ad eos pertinet qui noticiam dei non habent
vel cognitam transgressione mutarunt . Peccatum autem et iniquitas pluralitate
viciorum post peccatum et iniquitatis vulnera recipit sanitatem . Unde scriptum est
multa flagella peccatorum . A non interitu sempiterno et penam flagella . atque
cruciatu emendatur sicut . Quem enim diligit dominus corripit . flagellat autem omnem
filium quem recipit . Aliud est magistri . et parentis affectu . aliud contra adver/
sarios crudeli animo desevire . Quam ob causam et in primo psalmo canitur
Ideo non resurgunt impii in iudicio . Iam enim perditionem perditati sunt .
neque peccatores in consilio iustorum . Aliud est gloriam perdere resurgendi
aliud perire protectio . Veniet inquit hora in qua omnes qui in sepulchro sunt/
audient vocem eius et egredientur . qui bona fecerunt . in resurrectionem
vite . qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicii . Unde et apostolus eodem
sensu . quia eodem et spiritu loquitur ad romanos . quicunque enim sine lege peccaverunt
sine lege peribunt . Et quicunque in lege peccaverunt . per legem iudicabuntur .
Sine lege impius est . qui in eternum peribit . In lege peccator credens in deum . qui
per legem iudicabit et non peribit . Si peccatores et iniqui eternis ignibus
exurentur . Non times sententiam tuam qui iniquum et peccatorem esse te dicas . et ar/
gumentaris non esse te hominem sine peccato . si esse posse . Ergo solus ille salvatur
qui nunquam fuit . nec est . nec futurus est . aut forsitan nunc futurus . et peccatores omnes
quos retro fuisse legimus . tu ipse qui nobis cathomiana nobis inflatis su/
perbia et milonis humeris intumescis . qua temeritate peccatoris magistri
nomen assumis . aut si iustus esse . et humilitatem simulas peccatorem mirabimur
atque gaudebimus habere te solum possidere cum sociis . quod nunc patriarcharum . nec
prophetarum nec apostolorum quispiam habuit . Sin autem origenes omnes rationales
creaturas dicit non esse perdendas . et dyabolo tribuit penitentiam . quid ad nos .
qui et dyabolum et satellites eius . omnes quoque impios . omnesque prevaricatores
dicimus perire perpetuo . et christianos si in peccato preventi fuerint . salvandos esse
post penas . Iungis postea duo capitula inter se discrepancia . quod si verum xxi
sit os aperire non poteris . sapienciam et intellectum scripturarum . nisi quod didicerit
scire non posse . Et item scientiam legis usurpare non debere in doctum xx
aut eundem magistrum a quo didiceris preferre cogeris ut tibi scientiam legis liceat
usurpare aut si magister talis est . qui ab alio non didicerit . et docuerit te .
quod ipse ignorabat . restat ut non recte facias . qui inductus usurpas
scientiam scripturarum et magister prius quam discipulus esse cepisti . Nisi forte humilitate
solita . magistrum tuum imitatus deum . qui docet hominem scienciam . ut cum moyse
in nube et caligine facie ad faciem audias verba dei et inde nobis cor/
nuta fronte procedas . Nec hoc sufficit . sed repente mutaris in stoycum
et de zenonis nobis tonas supercilio . Christianum illius debere esse patien/ xxiiii
tie . ut si quis sua auferre voluerit gratanter amittat . Nonne nobis satis

est patiens pro eo quod habemus nisi violento aut rapto non agamus gratias
et cum cunctis benedictionibus persequamur. Docet evangelium eum qui nobiscum
velit iudicio contendere et per lites ac iurgia auferre tunicam, et etiam pallium
esse tradendum. Non precepit ut agamus gratias et leti nostra perdamus. hoc di-
co non quo aliquid sceleris in hac sententia sit. sed quod ubique yperboli-
loquiis mediocritas transcendat et magna sectetur. Unde et adiungis
xl gloriam vestium et ornamentorum deo esse contrariam. Que sunt rogo
inimicitie contra deum. si tunicam habuero mundiorem. Si episcopus presbiter dya-
conus et reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida
veste processerint. Cavete clerici cavete monachi vidue et virgines. periclita-
mini si sordidas vos atque pannosas vulgus aspexerit. Taceo de hominibus
seculi. bellum indicitur et inimicitie contra deum si preciosis atque nitentibus utantur
cxliiii exhibeis. Audiamus et cetera. inimicos ut proximos diligendos statim
quasi oppressus gravissimo letargo ponis ac dicis. Inimico numquam esse cre-
cxlvi dendum quod sibi esse contrarium etiam me silente perspicuum est. sed dicis utrumque scripture
vocibus contineri. Non animadvertens quo sensu in suis locis dicta sint. preceptum
est michi ut diligam inimicos et orem pro persecutoribus. Numquid iussum
est ut ita diligam quasi proximos et consanguineos et amicos. ut inter
emulum et necessarium nulla distantia sit. Si inimicos diligo quasi
proximos. amicis quid amplius exhibeo? Aut si hoc dixeras illud tacere de-
bueras. ne contraria b' in eodem loco dicere videris. Inimico numquam
esse credendum. sed quo diligatur inimicus et lex docet. iumentum adversarii
si ceciderit sublevandum. et apostolus. si esurierit inimicus tuus da illi cibum
Si sitierit da illi potum. Hec enim faciens carbones ignis congregabis
super caput eius. non ut maledictum et condempnationem ut plerique esti-
mant. sed in correctionem et penitudinem. ut superatus beneficiis excocto
cxxiiii frigore caritatis inimicus esse desistat. Addis preterea regnum celorum
etiam in testamento veteri promitti ponisque testimonia de apocriphis. Cum
perspicuum sit regnum celorum primum in evangelio predicari per iohannem baptistam
et dominum salvatorem et apostolos. lege evangelia. Iohannes baptista clamat in de-
serto Iudee penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. et de salva-
tore scriptum est. Ex eo tempore cepit ihesus predicare et dicere. penitentiam agite. ap-
propinquavit enim regnum celorum. Et iterum circuibat ihesus civitates et vicos
docens in synagogis ipsorum et predicans evangelium regni. Et apostolis precepit
ite et predicate dicentes. quia appropinquabit regnum celorum. Tu autem
nos manicheos vocas. Cur legi evangelium preferamus. in illa umbram
in hoc veritatem esse dicamus. et non intelligis stultitiam tuam impudentie
copulatam. Aliud esse damnare legem. quod manicheus fecit aliud
legi preferre evangelium. quod apostolica doctrina est. In illa enim servi. In hoc

prophetis loquitur dominus. Ibi promittitur hic impletur. Ibi inicia hic perfecta est. In illa
operum fundamenta iaciuntur hic fidei et gratie culmen imponitur –
Et posuimus ut egregii preceptores doctrina monstretur. ¶ Centesimus C
titulus est. posse hominem sine peccato esse. et dei mandata facile custodire
si velit. de quo abunde dictum est. cuius se imitatorem ymmo expletorem operis
beati martiris cypriani scribentis ad quirinum esse fateatur. Non intelligis in eodem
opere dixisse contraria. Ille enim in quinquagesimo quarto titulo tercii libri posuit
neminem sine sorde et sine peccato esse. statimque iungit testimonia in quibus
scriptum est apud job. Quis enim mundus a sordibus nec si unius diei sit
vita eius in terra. Et in psalmo quinquagesimo. In iniquitatibus conceptus
sum et in delictis peperit me mater mea. Et in epistola iohannis. Si dixe
rimus quia peccatum non habemus nos ipsos decipimus et veritas in nobis non est.
Tu e diverso asseris posse hominem sine peccato esse. et ut hoc verum dixisse videaris
statim iungis et dei mandata facile custodire si velit. que a raris vel a nullis
impleuntur. Sed si enim facilia sunt. debent a pluribus custodiri. Sin autem conce
damus vel rarus quisque ea complere potest manifestum est difficile esse quod rarum est
atque hoc augeas et magnitudinem tue virtutis ostendis. quo scilicet de bono conscientie
thesauro eructuare conaris. ¶ Ponis in titulo c. xxiii. Nec leviter C. xxiii
quidem esse peccandum. et quid sit hoc leviter. ne forte in opere te alias dixisse
existimaret adnectis. ¶ Malum nec cogitandum. neque illius sive recordandum. C xxviii
Delicta quis intelligit. ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce
servo tuo. Cum certe etiam ea que per ignoranciam delinquimus et sola cogitacione
peccamus. delicta esse fateatur. In tantum ut hostias pro errore iubeat offerre
et pontifex qui pre cuncto populo despicitur. cum pro se offerat victimas. que certe
numquam pro aliis iuberetur offerre. si iustus ipse non esset. Nec rursum pro se
offerre. si peccato careret ignorancie scilicet. Nunc mihi latissima scripturarum spa
cia pagenda sunt. Ut doceam errorem et ignoranciam esse peccatum. obsecro
te. Nonne legisti. Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum. Iam mechatus
est eam in corde suo. Non ergo solus aspectus et incentiva viciorum repu
tantur in peccatum. Sed ea quibus tribuimus assensum. Aut enim vitare possumus
malam cogitacionem et consequenter possumus carere peccato. aut si vitare non possumus
non reputatur in peccatum quod caveri non potest. Callide quidem argumentaris sed
non intelligis argumentacionem tuam contra sanctitatem scripturas facere. Volunt
enim eloquia scripturarum eciam ignoranciam habere peccatum. Unde et job offerebat hos
tias pro filiis suis ne forte per ignoranciam in cogitacione peccaverint. et qui
ligna cedit si securi ac ferro fugiente de ligno homo fuerit occisus pergere
iubetur ad urbem fugitivorum. et tam diu ibi esse quam diu sacerdos magnus
moriatur. id est redimatur sanguine salvatoris aut in domo baptismatis aut
in penitencia que ymitatur baptismatis graciam per ineffabilem clemenciam
creatoris qui non vult perire quemquam nec delectatur mortibus peccatorum.

sed ut revertatur et vivat. **Crit.** Rogo que est ista iusticia ut
in peccato tenear erroris cuius consciencia non habet conscientiam. Nescio me
peccasse, et eius rei quam nescio penas luo. Ut quid plus faciam
si sponte peccavero. **Atti.** A me sensus et disposicionis dei causas requiris?
Respondebit stulte interrogationi tue liber sapientie. Altiora te ne quesieris
et fortiora te ne scrutatus fueris. Et iterum. Noli esse sapiens multum
et noli argumentari plusquam oportet. Et in eodem. In sapiencia et simplicita-
te cordis querite deum. At ne forte huic volumini contradicas audi apostolum
evangelicum clangentem tuba. O altitudo diviciarum sapiencie et sciencie dei
quam inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis
enim cognovit sensum domini. Aut quis consiliarius eius fuit. Iste sunt questiones
de quibus et in alio loco scribit. Stultas autem et ineruditas questiones devita
sciens quia lites generant. Et ecclesiastes de quo certe libro nulla est am-
biguitas. Dixi inquit sapiens efficiar. Et ipsa longe facta est a me profunda
profunditas. quis inveniet eam. Vel me queris quare figulus aliud vas facit
in honorem aliud in contumeliam. et non acquiescis paulo pro suo domino respon-
denti. O homo tu quis es qui respondeas deo. Audi ergo breviter testimonia
scripturarum et stulta ymmo impia suscitatio in perfectum conticescat. Loquitur
deus in genesi. Non addiciam ultra maledicere terre propter opera hominum quia apposita
est mens hominis diligenter ad mala ab inicio. Abraham et Sara au-
dita repromissione filii ysaac ridet in corde suo. et tacita cogitacio
non latet scienciam dei arguitur in risu. Et ipsa cogitacio que fuit infidelitatis
reprehenditur. At tamen non ex eo quod risere diffidencie condempnantur. sed ex eo
quod postea crediderunt. iusticie palmam accipiunt. Loth resedit in concubitu
filiarum quod fecerit et inebriatus ab eis non habet crimen consensus. et tamen
error in vicio est. Atque senectute confectum Jacob quod Rachel formosam
dilexerit pro qua et servivit multo tempore. et in Lyie primo concubitu fuit
contristatus et adquiescere tandem humane fragilitati quod et pulchra corpora
diligit. et informia detestatur. Luget Jacob morte morte filii Joseph
et multo tempore consolacionem recipit filiorum. Respondit quoque lugens et gemens
vadam ad infernum et probat se hominem dum iustus ignorat quod actum sit de iusto
filio Joseph. In exodo scriptum est. Si percusserit aliquis quempiam et mortuus
fuerit morte moriatur. Sin autem non volens, sed deus tradidit eum in
manibus eius. Dabo tibi locum ad quem confugiat qui occiderit. In quo notandum
quod deus tradiderit hominem in manus eius. Et ille qui occidit pignora-
cia exilio condempnetur. In leuitico lex ponitur. Anima si peccaverit i gctu
domini non sponte ex omnibus preceptis domini que non oportet fieri feceritque
unum ex eis. Sive pontifex fuerit sive omnis synagoga et reliquus
populus et per ea didicerit peccatum suum quod peccavit pignoraticia offert munus

Hircum de capris masculum immaculatum et ponet manus suas super
caput eius. Interficietque illum in loco ubi mactantur holocausta coram domino
quia pro peccato est. Statimque in consequentibus. Si tetigerit aliquid immundum quod
non licet tangere, aut fecerit pignoraticium et postea didicerit, sive iuraverit
aliquid et fuit oblitus, pronuntiavit peccatum suum, nunquam peccasse se perspicit, et offeret
domino pro his quod peccavit agnam sive capram pro peccato, et precabitur pro eo sacerdos
super peccato, et dimittetur ei peccatum. Sin autem non praevaluerit manus eius ut offerat
ovem pro peccato suo quod peccavit, duos turtures aut duos pullos columbarum
offeret domino, unum pro peccato et unum in holocausto, et portabit ea ad sacerdotem,
et offeret sacerdos id quod pro peccato est primum, et in ipso reconciliabitur pro peccato
quod peccavit et dimittetur ei. Ceteraque huius similia que studio brevitatis omitto ne
fastidium stomacho tuo faciam. In consequentibus quoque narrat Moyses quod in consecratione
Aaron et filiorum eius obtulerit vitulum pro peccato et posuerit Aaron et filii
eius manus super eum, super caput videlicet vituli qui erat pro peccato, et macta
verit eum et tulerit de sanguine eius et posuerit super cornua altaris in circuitu
digito suo, et altare mundavit. Post fecerit multa et de sanguine eius teti
gerit auriculam eius dexteram et manum dexteram et summitatem pedis dextri
et post multa alia que narrare longissimum est, evolutis diebus septem, ut legis
factumque est in die octavo et vocavit Moyses Aaron et filios eius et
omnes seniores Israel. Et dixit Aaron: Tolle vitulum de bubus pro peccato et arietem
in holocaustum immaculatum et offer eos in conspectu domini, et senioribus Israel
loquere dicens: Tollite hircum de capris unum pro peccato et vitulum immaculatum
anniculum in holocaustum. Dixitque Moyses et Aaron: accede ad altare et fac
pro peccato tuo reliqua. Rursusque elevavit Aaron manus suas super populum et
benedixit eis. Descenditque cum fecisset pro peccato et holocausto et salutari. Mulier
generat liberos lege nature et immunda est. Si masculum pepererit diebus
quadraginta, si feminam diebus octaginta. Accusa creatorem cur d [illegible]
quicquam noverit quod ipse condidit, et non solum ipsa immunda est sed et omne quod teti
gerit. Cumque dies inquit purgationis eius completi fuerint super filio aut fi
lia, offeret agnum anniculum immaculatum et pullum columbarum et turturem
pro peccato ad hostium tabernaculi testimonii sacerdoti qui offeret in conspectu domini
et expiavit pro ea sacerdos. Volo ipse quoque quod in die purgationis eius offeratur
pro ea victima pro peccato duoque turtures et duo pulli columbarum, unum
pro peccato et alium in holocaustum, et qui fluxum seminis patitur eodem sacrificiorum
ordine pro peccato et holocausto liberatur. Et ad extremum infertur: Commoratos
facite filios Israel ab immundiciis suis et non moriantur pro peccato. Si contamina
verint tabernaculum testamenti. Post quoque Aaron precipitur ut non omni tempore
ingrediatur in sancta sanctorum ne forte moriatur. Cumque autem si voluerit
intrare offerat vitulum pro peccato et arietem in holocaustum. Alter hirco
rum cuncta peccata suscepit populi in typum domini salvatoris et offertur in solitudinem

et si placat deus omni multitudini. Ad extremum dicitur. Si quis nesciverit
homo de sanctificatis per ignorantiam imputatur ei iniquitas atque delic-
tum et voti reus erit. Unde et apostolus monet eucharistiam domini cum
tribulatione sumendam ne in condempnatione nobis sumamus atque iudicium
Si damnatur in lege ignorantia. quanto magis in evangelio conscientia. Tran-
seamus ad numeros et ad contentiosorum impudentiam refutandam summa que-
que carpamus. Nazareus scito tonsure venerabilis. alterius subita morte ma-
culatur et omnes dies consecrationis eius preteriti irriti sunt fiunt. pro qua re
offeruntur pro eo duo turtures. et duo pulli columbarum unus pro peccato
et alter in holocausto et agnum pro peccato. Et post multa scriptum est. et
nunc magnificetur fortitudo domini. sicut locutus est dicens. dominus longanimis
et multe misericordie. auferens iniquitates et scelera et mundans. non
faciet innocentem. Pro quo septuaginta interpretati sunt et emundans
non mundavit reum. quod scilicet etiam post indulgentiam reus sit propie conscientie.
Unaque autem ignoravit populus et fecerit unum ex hiis que fieri non debuit.
Post longum cerimoniarum ordinem infertur. et dicitur. offerte hyrcum caprarum
pro peccato et placavit sacerdos pro omni sinagoga filiorum israel et propiciabitur
ei dominus. quia ignorantia est et ipsi offerent oblationem suam in sacrificium
domino pro peccato suo in conspectu eius quem nescierunt. Ibique addit. Si anima una
peccaverit per ignorantiam offeret capram anniculam pro peccato et deprecabitur
pro eo sacerdos. eo quod ignoravit pro peccato ignorantie coram domino et roga-
bit pro eo sacerdos et propiciabitur ei. In kalendis singulorum mensium of-
fertur hyrcus caprarum pro peccato domino. In pascha quoque per dies octo a die
quinta decima mensis primi usque ad diem vicesimam. primum sacrificium
pro peccato est. In penthecosten pro peccato hyrcus offertur. Et in kalendis mensis
septimi. quem tubarum clangore concinitur. eadem hyrci pro peccato religio conservatur.
Die quoque decimo eiusdem mensis septimi. qui ieiunium est usque ad vesperam
offertur hyrcus caprarum pro peccato. post cum hyrcum. qui ante holocaustum pro peccato
ex lege mactatur. In diebus quoque scenophegie quando figebantur tabernacula a die
quinto decimo eiusdem mensis septimi usque ad diem vicesimum secundum. inter
alias victimas semper pro peccato hyrcus offertur. Ut illud impleatur beati David
Tibi soli peccavi et malum coram te feci. ut iustificeris in sermonibus
tuis et vincas cum iudicaris. Sex civitates eliguntur exilii eorum qui non
sponte sed per ignorantiam vel in iactu lapidis. vel in pulsione manus
vel loco atque lascivia absque inimicitijs. infelicitate magis quam voluntate
peccaverunt et tamen non absque crimine sit dum relegantur in exilium. et ante
constitutum diem nec supplicatione nec precio eorum reversio impetrari et redi-
mi potest. In deuteronomio qui liber preceptorum emulacio est propositio de-
monstratur. non operibus nostris atque iusticia sed dei nos misericordia conservari

Dicite domino

dicente dño per moysen · Ne dicas in corde tuo · cum subuerterit eos dñs
deus tuus a facie tua in iusticia mea introduxit me dñs ut possideam
terram hanc · quia impietate gencium istarum dñs consumet eos a facie tua
non in iusticia tua et directione cordis tui introibis · Ut possideas terram eorum
sed impietate eorum dñs deus tuus consumet eos a facie tua ut suscitet
verbum quod loquutus est patribus tuis abraham · et ysaac · et iacob · et scias
quod non iusticia tua dñs deus tuus dabit tibi terram optimam ut possideas
eam · quia populus dure ceruicis es tu · In eo autem quod dixit · perfectus eris cum
dño deo tuo · quo sensu dixerit ex consequentibus approbat · Cum ingressus
fueris in terram quam dñs deus tuus dabit tibi · non debes diuinos et
ariolos consulere non disces facere abhominaciones gencium illarum · nec inueniatur
in te qui transduxit filium et filiam suam per ignem diuinacionibus et omnibus au/
gurijs a maleficis artibus et incantacionibus non seruies ut interroges ma/
gos et ariolos et mortuos · Abhominacio enim dño est omnis qui facit
hec · Et propter has abhominaciones dñs deus consumet eas a facie tua perfectus
eris cum dño deo tuo · Denique infert quia gentes iste quas tu possidebis
ariolos et diuinos audiunt · Tibi autem non sic dedit dñs deus · statimque
subiungit prophetam unum ex te de fratribus tuis sicut me suscitabit dñs deus tuus
ipsum audies · Ex quo ostendit perfectum hic dici non qui cunctas virtutes
habeat · sed qui prophetam et verum sequitur deum · Narrat quod post de condicione
exulum qui per ignoranciam peccauerunt quo et quamdiu confugere debeant
Atque subiungit · Quando edificaueris domum nouam · facies loriculam tecto tuo
in circuitu ne sanguis reus sis tu aliquis cadens ex ea · Et iterum ·
Si fuit in te vir qui non sit mundus nocturno fluxu egredietur extra
castra · et non ingredietur medium castrorum · Cumque aduenerit vespera lauabitur
aqua · Et post solis occubitum ingredietur in medium castrorum · De ihesu
filio naue duo tantum pono testimonia peccauit achar et totus populus
offendit · Dicitque dñs ad iosue Non poterunt filij israel stare in conspectu in/
imicorum suorum sed dorsa vertent aduersarijs suis · quia factum est anathema
in eis et non addam · ut sim vobiscum · nisi contritum fuerit anathema de
medio vestrum · Cumque sacrilegium quereretur et sortes latentem inuenissent reum mi/
serunt cum achar filios eius et filias · boues · asinos · pecora · tabernaculum et quicquid
habere potuit igne deleta sunt · Esto quod ipse peccauit quid commisere filij
quid boues · quid asini · quid pecora · Fac deo calumniam quare unus peccauerit
et propter scelus unius trucidatus sit · cur et ipse lapidatur et omnia que habere potuit a
vltrix flamma consumpserit · Dicimus et aliud non inquit erat ciuitas quam
non tradidit dñs filijs israel absque Eueo qui habitabat in gabaon omnes
pugnando ceperunt · quia a dño factum erat ut induraret cor eorum · et pug/
narent contra israhel · ut interficerentur et non fieret in eis misericordia
et perirent sicut precepit dñs moysi · Si dño factum est voluntate ut parent

nō recipent · nec suscipent eū. Dicam ḡ cum aplō · quid ḡo q̄rit voluntati
eius cuius quis p̄t resistē · De samuel et malachim · Jonathan fauū
mellis gustauit in sceptro et illuminati s̄t oculi eius. q̄d nesciens fecerat
Et eīn scriptura testat̄ q̄ ignorauit · apte esse p̄ceptū ne quisquam
gustaret donec victoria domini cōplaret̄. Jn eum aut̄ iratus est dn̄s et
sors inuenit occultū · Et ipse fateret̄ dicens · gustaui ī summitate sceptri
quod est in manu mea parū mellis · Et ecce ego morior et postea
intercessione et precibus p̄pli liberatus est · dicentis ad saul · Nunc ionathan
morietur qui fecit salutem hanc magnam in isrl̄ · absit · viuit dn̄s · si
ceciderit de capillis capitis eius in terram quia cum deo fecit die hac
et liberauit p̄plus jonathan · et nō est mortuus. Samuel vastit̄ saule
et nō volt vere eū rege · postea p̄cibus vincit̄ · vt ostēdat humani ai in-
diuisum mutationem · Pergit bethleem singulos filiorum ysse putat ipsos
esse · quos dn̄s req̄rebat · Cumq̄ vidisset heliab ait · ecce ingressum dn̄m
xp̄us eius · et ait dn̄s ad eum · ne respicias aduultū eius · et ad staturam
corporis illius quoniam abieci eum · Aliter enim videt homo · Hoc enim videt in fa-
ciem · deus in corde · Aliis in hunc modum · ponens errant potes corrigit̄
vt pateat humane mentis infirmitas memphiboseth · Filius saul inter-
ficit̄ dolo a recab · et banaa filiis remmon berothite · Cumq̄ nun-
tiassent dauid et caput ad uestitum demonstrarent · orasse sic a dauid dicti
viri impii occiderunt virum iustum in domo sua et in lectulo suo · Certe
memphiboseth iustus nō erat · et tn̄ in eo iustus appellat̄ · q̄ absq̄ noxa
interfectus est · Oza leuites cum archa dn̄i transferret̄ ī ihrl̄m et lasciuientes
boues plaustrum in p̄te alterā declinassent · misit manū ut sustentaret d-
clinatam · Nunc statim q̄ sc̄īt̄ iratus est furor dn̄i in ozam et p̄cussit
eum ibi dn̄s p̄ ignorantia et mortuus est iuxta archam dei · Contristatus q̄
dauid · q̄ p̄cussisset dn̄s ozam timuit dn̄m in illo die et ait quō ingre-
diet̄ ad me archa dn̄i · Dauid iustus et p̄pha · et vnctus in rege quē
elegit dn̄s s̄cd̄m cor suū ut faceret cunctas voluntates eius videt ignora-
ciam dn̄i furore punitam · terret̄ atq̄ t̄stat̄ · nec q̄rit causam ad nō
de p̄cussisset ignorantē · s̄ silem suam contremescit · Precepit dauid p̄ncipi
exercitus ioab ut numeret p̄p̄lm statim q̄ s̄c̄ptura commemorat · et p̄cussit eū cor
suum · et dixit ad dn̄m peccaui vehementer quia hoc feci · cum iubet
ut fiet · vtiq̄ q̄d dicat ignorabat · et tn̄ se ipse rep̄hendit · et p̄ hac culpa sep-
tuaginta milia hominum angelo gladio trucidant̄ · Salomon completis
templi ceremoniis vtrasq̄ palmas tendit ad dn̄m et ait · Cum peccauerit
tibi p̄plus · nō est enim homo · qui nō peccet · Athia p̄pha salonites · nesciebat
ad se venire vxorem hierobaā · dixitq̄ ei dn̄s · Ecce vxor hieroboam
ingreditur · vt q̄rat verba a te p̄ filio suo qui egrotat · Jux hoc · et iux
hoc loq̄ris ad eam · Helyseus sedebat in monte venit ad eum mulier

cuius filius mortuus erat · et amplexa pedes eius vociferat · expellente
aut ea giezi · dixit ad eum vir dei · dimitte eam quia aia eius in amaritudine
est · et dns celavit me · vt non enunciaret michi · In libro dierum legimus
fuerit filij sobal patris cariathiarim qui possidebat ex dimidio · Et iterum filij
aut salma bethleem et nethophati · Attoroth domus ioab et qui possidebat
ex dimidio sarai · Et cetera · Sicut utique sciti erant · quia participabat · et tamen perfectam accipe
non meruerunt perfectionem · Neque quam desideratam secundum tropologiam · sed imperfecta pro
mixta historiam possidentes · Abacuk · propheta canticum suum hoc inscribit titulo
Oratio abacuk prophete · pro ignorantiis · Loquitur enim fuerat audacter ad
dnm · et dixerat · Vsquequo dne clamabo · et non exaudies · Vociferabo
ad te vim patiens · et non salvabis · Quare ostendisti michi iniquitatem · et laborem
videre · predam et iniusticiam contra me factum est iudicium · et contradictio potencior · propter
hoc lacerata est lex et non pervenit usque ad finem iudicium · quia impius prevalet ad/
versus iustum · propterea egredietur iudicium perversum · pro quo se ipse reprehendens quod pro ig/
norantia sit loquutus · scribit canticum penitentie · Si peccatum non erat ignorantia
superfluo scribit librum penitudinis · et voluit eo lugere quod peccatum non habet · In eze/
chiele extrema parte · Vbi pro edificium templi in monte sion · eius multa sancta
post fuerit sacramenta narrantur · primo die et septimo mensis primi offertur vic/
time pro peccato omnium · in quo per errorem aut ignorantiam peccaverunt · Septem
quoque diebus pasce hircus pro peccato mactatur · Septimi mensis quintadecima die
ydem pro peccatis sacrificiorum ordo celebratur · Et post alia plurima · que non est huius temporis
universa explicare · scriptum est · erat autem ibi locus ad occidentem · dixitque ad me · Iste
est locus ubi coquere debent sacerdotes hostiam pro peccato · et pro ignorantia · hieremias
loquitur ad deum · Scio dne quia non est hominis via eius · nec viri est · vt ambulet ·
et dirigat gressus suos · Denique pravum est enim cor omnium et inscrutabile quis
cognoscet illud · In proverbijs legimus · Est via que videtur recta apud homines · et novissima
sima eius veniunt in profundum inferni · Ecce et hic manifeste ignorantia
condempnatur · dum aliud putat homo et sub specie veritatis ad inferna dilabitur ·
Multe inquit cogitationes in corde hominis · sed tamen non illius voluntas · que incerta
et fluctuans atque mutabilis est · sed dei consilium obtinet · Quis inquit gloriabitur castum
se habere cor · et quis confidet mundum esse a peccato · Dolus est homini/ cum
mendacijs et peccata impedibitur · os eius calculo · a dno gressus hominis diriguntur
mortalis autem quomodo scire poterit vias suas · Omnis vir videtur sibi iustus · sed
corrigit corda omnium dns · Filius malus iustus se facit · et non lavat exitum
suum · Filius malus excelsos oculos habet et palpebris suis elevatur · Est enim iustus
qui perit in iusticia sua · Vnde dicitur ad eum · Ne sis iustus multum · nec queras
pro sapientiam queras superflua · ne forte obstupescas · quecumque enim laboravit
homo vt querat · non inveniet · Sed dixerit se sapiens intelligere · reperire
non poterit · cor enim filiorum hominum repletum est malicia et cetera

Explicit prima pars · Incipit secunda eiusdem libri

Crito· multa quidē de scriptis sanctis memorit copiose q̄ dixisti
et quasi quibusdā nubibꝰ clarā nisus es velatis lumē apīe· Sz
quid ad rem· Ipsis enī tuis testimonijs videris hominū accusāe naturā
ac ꝑ hoc in iniuriam ꝯferre ad deū· si tales hoīes condidit ut obliuio/
ne et ignorantia peccata caue nō possint· ex quo ꝓpositum est hominē
posse, si voluit nō peccāe· sed enī fecit qd' vitare non potuit· Ubi autē
aufert possibilitas aufert̄ et vitium nemo in eo condemnat̄ qd' facere
nō potuit· Atti· Sepe dixi te nō intelligere conatus meos· nec con/
siderare quid tu argumenteris· sed quid deus iusserit· pro obliuione errore
ignorantia· quasi ꝓ peccato offerunt̄ sacrificia· siue hoc male iuxta te siue
bn̄ iuxta me· precepit deus meus est obseruae qd' iussit· tuum dei iussa re/
prehendere· Crit· Cum vim facias ꝓposite veritati· et trahis me
ad blasphemiam· concedā tibi hoc in veteri lege preceptum· de qua scriptū
est· vetera transierunt· ecce facta sunt oīa noua· Nunc de euangelio potius
hoc ap ꝓbare· vt puniatur q̄spiam pro eo quod nesciat· et cum penas luat
quā reus sit conscie· Atti· Dum ignoramus manicheus nobis ꝯtra
consurget· qui legem dicat abolitam· et solos noui testamenti legendos
libros· Crit· Numquid enī a me audisti vt hoc diceret esset· Lex enī data
ꝑ tempora iusta sancta qz est· et veniente euangelio ꝑfectiore viliora cessarunt
Atti· Ergo nequaquā obseruandum est qd' lege precipit̄· Crit· Quedā
obseruanda· quedā pretereunda sunt· Atti· Cum te video esse doctis/
simū· dic michi que de ueteri testamento obseruare debeam· q̄ ue ꝯtemnere
Crit· Mandata obseruare debemus· q̄ ad vitā et mores ꝑtinent corrigen/
dos· de quibus scriptū est· Mandatū dn̄i lucidū illuminans oculos· q̄ autē
ad legis cerimonias et ritum sacrificiorum ꝑtinent ꝯ reliqua sunt· Atti·
Ignosce michi cū legis et omnī scripturarū scienciā teneas nō audis
quid velim dicē· Crit· Hoc intelligo qd' loqueris· sed nō qd' taces·
Atti· Tace tibi videor qui tantis exemplis docere te volui· peccare
hoīem ꝑ ignorantiā et ꝓ peccato vt in lege hostias ita in euangelio offe/
rendā penitudinē· Crit· Da testimonium noui instrumenti vbi error
et ignorantia et impossibilitas mādati teneatur in crimine· Atti· Nō necesse
est multa ꝓferre· vnum ꝓferā· cui ꝯtra condicere nō poteris· Vas electionis
ꝓspicue loquitur· Consentio enī legi dei iuxta interiorem hominē· Video
autē aliam legem in menbris meis repugnantē legi mentis mee· et cap/
tiuantem me in lege peccati· que est in menbris meis· miser ego hō· qs me
liberabit de corpe mortis huius· gratia ꝑ xp̄m ihm̄ dn̄m nr̄m· Crit·
ꝓtulisti testimoniū qd' ꝓ me facit· liberati ergo de corpe mortis ꝑ gratiam
dn̄i nr̄i ihū xp̄i nequaquā vltra peccare debemus· Atti· liberati
quidē sumus baptismo saluatoris· Sed id michi edissere· qr dixerit Vi/
deo aliam legem in menbris meis repugnantem legi mentis mee·

et captivantem me in lege peccati que est in membris meis. Que ista lex
est regnans in membris hominis et repugnans legi mentis eius. Responde sim-
pliciter. A. Atticus. Audi eundem apostolum apertissime predicantem. Quod enim operor
non cognosco. non enim quod volo hoc operor. sed quod odi illud facio. Si autem quod
nolo hoc facio. consentio legi quoniam bona est. Nunc autem nequaquam ego operor
illud. sed quod in me habitat peccatum. Scio enim quod non habitet in me hoc est
in carne mea bonum. velle enim adiacet mihi operari autem bonum non invenio.
Non enim quod volo bonum hoc facio. sed quod nolo hoc ago. Si autem quod nolo
ego hoc facio Nequaquam ego operor illud sed quod habitat in me peccatum.
Critobulus. Miror te hominem prudentem sic intelligere apostolum ut ex persona eum sua
et non ex aliorum hoc dicere sentias. Qui enim conscientia insit loquentis Christi
libere proclamabat. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus. Et in
alio loco. Cursum consummavi. fidem servavi. de cetero reposita est michi corona
iustitie. Iste hoc dicere poterat. operari bonum non invenio et non quod volo
bonum hoc facio. sed quod nolo malum hoc ago. Quid illud erat boni quod
volebat facere et non poterat et quid illud erat mali quod nolebat et tamen vitare
non poterat. ergo non ex sua persona hec dicit sed ex persona generis humani quod
vitiis subiacet ob carnis fragilitatem. Atticus. Parum michi tollis ut totum
tribuas. ego enim unum hominem licet apostolum intelligebam subiacere peccato. nunc
tu totum humanum genus asseris. quod si verum est in igne tenemur et pertem.
Nam et apostolus homo est et si homo vel de aliis ut dicis homo loquitur.
Miser ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius. Et quod non
habitat in me hoc est in carne mea bonum. Corruptibile enim corpus aggra-
vat animam et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem. Critobulus.
Sic loqueris quasi ego hoc ex persona generis humani accipiam et non ex persona
peccatoris. Atticus. Et quis tibi hoc concedit ut ex persona peccatoris hec
loquatur apostolus. Si enim ex persona peccatoris hoc accipis. debuit dicere miser
ego peccator. et non miser ego homo. Homo quippe nature est. peccator vo-
luntatis. Nisi forte et illud quod scriptum est. vanitas vanitatum et omnia
vanitas. ad peccatores refertur et non ad omnes homines. Et illud. veruntamen
in ymagine perambulat homo. Et deinde. Homo vanitati assimilatus
est. Dies eius velud umbra pertransiunt. Si hoc Pauli testimonio
non moveris audi eum cui tu contradicere non potes. Nichil michi conscius sum sed
et cetera recolenda dicit testimonia. nunc nec meipsum iudico. nichil
enim michi conscius sum. nec tamen in hoc iustificatus sum. Qui hoc dicebat nul-
lius utique peccati sibi conscius erat. sed quia legerat. Delicta quis intelligit.
Et sunt vie que videntur viro iuste. novissima autem earum respiciunt in profundum
inferni. Et iterum. omnis vir videtur sibi iustus. deus autem corda hominum dirigit.
Recto sententiam temperabat. ne forte per ignorantiam deliquisset. maxime cum
scriptura testetur. Est iustus qui perit in iustitia sua. Et alibi iuste quod iustum

est/ sectaberis. Ne opinione veritatis a iusticia declinemus commodatis sanctis
et agag. Crit. Ne contendere videar et in diversum absque mensura funem
trahere saltem hoc michi concedes iustos in scripturis plurimos appellari. Atti.
Non solum plurimos sed et innumerabiles. Crit. Si innumerabiles iusti sunt
et hoc negari non potest. quid male loquutus sum. posse hominem sine
peccato esse. si velit. hoc est aliis verbis dicere. posse iustum sine peccato esse.
in eo quod iustus est. Atti. Iustum esse concedo. sine omni autem omnino
peccato non assentior. Etenim absque quod grece dicitur anamarthethon. soli
deo competit. omnisque creatura peccato subiacet et indiget misericor/
dia dei. scriptura dicente. misericordia domini plena est terra. et ne quasi maio/
ribus quasdam insectis viciis videar prestructum. in quibus errore sunt
lapsi. Pauca perstringam que non ad singulos sed ad omnes in genere pertineat.
Tricesimo primo psalmo scriptum est. Dixi pronunciabo adversus me ini/
quitatem meam domino. et tu dimisisti iniquitatem cordis mei. Statimque sequitur
Pro hac hoc est impietate sive iniquitate utrumque enim intelligi potest
Orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Si sanctus est quomodo orat pro
iniquitate? si iniquitatem habet quomodo sanctus appellatur. Iuxta illum
videlicet modum qui et in alio loco scribitur. septies cadet iustus et resurget
Et iustus accusator sui est in principio sermonis. Et alia. Alienati sunt
peccatores a vulva erraverunt ab utero locuti sunt falsa. vel statim ut nati
sunt subiacuerunt peccato. in similitudine prevaricationis adam. quod est forma futuri
Vel certe statim ut de utero virginali natus est christus de quo scriptum est. Omne
quod aperit vulvam sanctum vocabitur domino. Omnes heretici erraverunt non intelli/
gentes mysterium nativitatis eius. magisque ad specialem nativitatem sal/
vatoris quam ad omnium hominum referri potest. hoc quod dicitur. quod aperit vulvam sanctus
vocabitur domino. Solus enim christus clausas portas vulve virginalis aperuit
que tamen clause iugiter permanserunt. Hec est porta orientalis clausa
per quam solus pontifex ingreditur et egreditur. et nichilominus semper clausa
est. Illud quoque quod in volumine Iob scriptum est. Numquid mundus erit homo
coram deo. aut in operibus suis irreprehensibilis erit. si ad usus famulos
suos non credit. et contra angelos pravum quid repperit. quanto magis hiis qui
inhabitant domos luteas. ex quibus et nos de eodem luto sumus. Et si ad
strictius hoc dici ex persona eliphaz themanites intellige non ab eo
dici sed ab illo qui sub persona angeli in visione et in revelacione loquitur ei suadet.
Sed esto ut loquatur eliphas quod per spiritum angelo loquitur. Numquid
non hoc ex persona propria Iob dicit. temptacio est vita hominis super terram. Et si ego
peccavi quid possum facere. et quare oblitus es nec fecisti iniquitatis
mee oblivionem et emundacionem peccati mei. quid enim potest iustus esse homo
apud deum. Et iterum Et si fuero iustus non audiet me. sed iudicio eius indigebo
Et rursum. quia sum impius. cur frustra laboro si lotus fuero nive

et mundus mundis manibus satis me sorde tinxisti. Si peccavero custodies
me. ab iniquitate autem me non facies innocentem. Et si impie egero
ve michi. Et si fuero iustus non potero respirare. plenus enim sum ignomi-
nie. Et iterum Quis erit mundus a sorde. Nec unus quidem. etiam si unius
diei fuerit vita eius super terram et innumerabiles menses illius. Quod si dixeris
pronomen quis non pro impossibili sed interdum pro difficili accipi. Respondebo
tibi. Et ubi est illud quod temere protulisti. facilia esse dei mandata. et ideo facile
posse compleri dicente scriptura. Vir in doloribus laborat sibi et vim facit per-
dicioni sue ut oppressa ac subiugata et mortificata carne vivat in eo spiritus
Ridiculam quoque illam expositionem demonstremus. Verum non dixisset Job. quis
erit mundus a peccato. sed quis mundus a sorde. Stercore quoque probare conatur
sordes pannorum significari infancia non vicia peccatorum. Aut certe si non sit
intelligit. dicate vos quid sentiat. tam enim involutus dictor est. et nimio sermonis
squalore coopertus. ut suspicionem magis quam intelligentiam lectori prebeat
ad extremum infert. Ego autem adhuc quid respondebo. manum ponam
super os meum. semel locutus sum in secundo non addam. Ecce Job noster in-
maculatus et iustus et sine querela et abstinens se ab omni se ab omni
peccato malo. qui licet sine iniusticia coronatur. ut gratia dei indigeat hoc est
quod in pluribus legimus. Quis gloriabitur castum se habere cor. aut quis confidet
mundum se esse a peccatis. Sic quod et hic non pro impossibili. sed pro difficili
dixerit. Tolle ergo sententiam et rade de libro tuo facilia dei esse mandata.
Quid si illud apostoli Iohannis opposueris mandata non sunt gravia. Et de evan-
gelio. Iugum enim meum suave est et onus leve. facile revinceris. Levia
enim euangelii dixisse mandata ad comparacionem supersticionis Iudaice in qua
pacia ceremoniarum genera querebantur. quorum legem et apostoli Petri sententia
nullus potuit explere. Unde et in actibus apostolorum scribitur. Nunc ergo quid
temptatis deum. imponere iugum super cervicem discipulorum quod neque patres
nostri neque nos portare potuimus sed per graciam domini Iesu credimus salva-
ri quemadmodum et illi. Iacobus scribit apostolus Si iudicas legem non es factor legis
sed iudex. Ille iudicat legem qui dicit aliquid non iuste esse preceptum et igno-
rantiam non habere peccatum et frustra offerri victimas pro errore quod peccatum
non habeat conscienciam. neque enim in lege ratio queritur. sed auctoritas. Idem
in eodem scribit epistola. Ira perdit etiam prudentes. Significanter quod non iram
dei. sed iram viri posuit. Ira dei enim iusta est. Ira autem viri deptur-
bata mente procedit. Unde et in psalmo dicitur. Irascimini et nolite peccare quod
versiculus quem sensum habeat apostolus docet. Sol non occidat super iracundiam
vestram. ut peccatum ocio sit. vel leviter irasci. Iusticiam autem iram celeri peni-
tudine mitigare. Unde et pro ocioso verbo reddituri sumus racionem
in die iudicii. Et in eodem euangelio legimus. qui irascitur fratri suo sine
causa reus erit iudicii. licet in pluribus antiquis codicibus sine causa ad

dictu sit. Ut scilicet nec cum causa quidem debeamus irasci. Quis hominum potest dicere quod ira que absque iusticia est in sempiternum careat. Et iterum ne glorieris in crastinum. nescis enim quid adveniens pariat dies. Unde scriptum est. Ne beatum dicas quempiam ante mortem. quamdiu enim vivimus in certamine sumus et quamdiu in certamine nulla est certa victoria. quod etiam apostolo fortissime preliati in futuro seculo conservatur. Quibus atque salvator sub persona assumpti hominis loquitur. Insipientissimus omnium hominum sum. et non est prudencia hominis in me. et in sexagesimo octavo psalmo. Deus tu scis insipienciam meam. Sed fatuum dei sapiencius est hominibus. In ecclesiaste quoque scriptum est. In multitudine sapiencie multitudo sciencie. et qui addit scienciam. addit dolorem. Intelligens quod perfecti omni careat. et ecce quod novit quanta non novit et odio in quo habuit vitam quia malum est super opus quod operatur sub sole. omnia enim vanitas et presumptio spiritus. Nemo scit quid futurum sit. quia statim est quis annunciabit ei. Sunt iusti ad quos pervenit quasi opus impiorum. Et sunt impii ad quos pervenit quasi opus iustorum. Hoc ideo dicitur. quia certum iudicium solius dei est. A quos putamus iustos sepe peccatores inveniuntur et quos econtrario peccatores apud dei scienciam iusti sunt. Quanticumque laboraverit homo ut inquirat. non reperiet. et si dixerit sapiens nosse se invenire non poterit. Omnium enim unus occursus est verba quod filiorum hominum repleta sunt malicia et incerto statu quod grece dicitur peritteia. Musce morituri sive iuxta hebraicum lege mortue. demoliuntur atque corrumpunt suavitatem olei. Quibus morbidum aliquo errore non capitur que hereticorum et florum dogmatum venena non maculat. Tempus inquit est ut incipiat iudicium de domo dei. Si autem primum a nobis quibus finis eorum qui non credunt evangelio. et iustus vix salvabitur. impius et peccator ubi parebit. Certe iustus est qui in die iudicii vix salvabitur. Salvaretur autem facile. si nichil in se haberet macule. Ergo et iustus est in eo quod in multis floret virtutibus et vix salvatur in eo quod in quibusdam dei indiget misericordia. Quatuor sunt perturbaciones quibus genus vexatur humanum. due presentes. et due future. due bonorum et due malorum que grece dicuntur λύπη et gaudium quod illi χαρὰν vel ΗΔΟΝΗΝ appellant. et quamquam ΗΔΟΝΗ. voluptas aplerisque dicatur altera mali. altera boni excedimus quod mensuram. Si gaudeamus super hiis que non debemus diciis. potencia. honoribus. inimicorum infelicitate vel mortibus. Aut contrarium presencium malorum dolore cruciamur adversis. exiliis paupertate languore mortibus propinquorum quod apostolus fieri prohibet. Et rursum si cupias ea que arbitramur bona. hereditates honores prosperitatem rerum omnium et corporis sanitatem et cetera quorum presenti gaudio fruimur. et metuamus illa que putamus adversa. quibus ad perfectum carere mox stoycos. Zenonem videlicet et crisippum possibile. Iuxta epipotheticos autem et difficile et impossibile est cum sine omnis scripture sancte consentit auctoritas unde et iosephus machabeorum scriptor hystorie frangi et regi posse dixit perturbaciones

animi eradicari queat. et quinque tusculanarum ciceronis libri his disputatio/
nibus referte sunt. Pugnat enim iuxta apostolum adversum nos fragilitas cor/
poris et spiritualis nequicia in celestibus. manifesta sunt autem opera carnis
et opera spiritus. et hec invicem sibi adversantur. ut non que volumus/ ipsa faci/
amus. Si non/ quod volumus/ facimus. sed quod nolumus/ illud operamur. quomodo
dicitis hominem sine peccato esse si velit. Ecce apostolus omnesque credentes.
quod volunt implere non possunt. Caritas operit multitudinem peccatorum. non tam
preteritorum quam presentium. ne ultra dei in nos caritate peccemus. Quamobrem
de muliere peccatrice dicitur. dimittuntur ei multa quia dilexit plurimum. Ex
quo intelligimus non nostri solum esse arbitrii facere quod volumus. sed et dei cle/
mentie. si nostram adiuvat voluntatem. Deus lux appellatur. et tenebre in eo
non sunt ulle. quando dicitur ullas in dei lumine tenebras reperiri. Ostendit omnium
aliorum lumina aliqua sorde maculari. denique et apostoli appellantur lux mundi.
Sed non est scriptum quod in apostolorum luce nulle sint tenebre. Et de iohanne
scribitur. Hic venit ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum.
non erat ille lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que
illuminat omnem hominem venientem in mundum. Unde et de deo scriptum est. quod solus
habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem et certe legimus immortales
angelos immortales thronos. et dominaciones. ceterasque virtutes. Sed solus deus
est immortalis quia non est per graciam ut cetera sed per naturam. Quam ob causam idem
apostolus scribet. deum solum esse sapientem. cum et salomon et multi alii sancti
sapientes vocentur. et dicatur iuxta hebraicum ad principem tiri sapiencior daniele
es tu. Quo ergo solus lux. solus immortalis. et solus sapiens appellatur. cum multi
et immortales. et lucidi et sapientes sint. Hic perfectio hominis non exprimitur. sed
ex gracia venientes imperfectos eos/ qui perfectos vult esse/ demonstrat. Mund-
at autem scriptum est et sanguis ihesu filii eius mundat quoque nos ab omni peccato
tam in confessione baptismatis quam in clemencia penitudinis. sed aliud est
mundari a deo. Aliud per se esse sine vicio. Si enim iuxta iob luna non splendet
et stelle non sunt munde in conspectu eius. quanto magis homo putredo. et filius
hominis vermis. omne enim os obstruitur et obnoxius est mundus deo. quia ex operibus
legis non iustificabitur omnis caro coram eo. Nulla quippe distantia est personarum
omnes enim peccaverunt et indigent gloriam dei. iustificati gratis per ipsius
graciam. Sin autem scribit existimamus fide iustificari hominem sine operibus
legis. Si quidem unus est deus. qui iustificat circumcisionem ex lege. et pre/
putium ex fide. manifeste ostendit non in hominis merito sed in dei gracia esse
iusticiam qui sine legis operibus credencium suscipit fidem. Unde sequitur peccatum
vestrum non dominabitur. Quare. quia non estis sub lege. sed sub gracia. Non enim vo/
lentis neque currentis. sed miserentis est dei. Unde et gentes que non sectabantur
iusticiam comprehenderunt iusticiam. iusticiam autem ex fide. Israhel autem sequens
legem iusticie non pervenit. quare non ex fide sed ex operibus offenderunt in lapidem

offensionis finis enim legis xpus ad iusticiam omni credenti. Cuncte ipse epl[ist]e
apli. hoc habent principium. Gratia vobis et pax a deo patre et xpo
ihu dno nostro et fili fine clauduntur. Ad thessal[onicenses] qq scribit. vt non in
digeatis vlla donacione expectantes reuelacionem dni nri ihu xpi. Licet ergo
nulla indigeamus donacione tamen expectamus reuelacionem dni nri ihu. qui
tunc nos in omnibus confirmabit et ostendit sine crimine. cum in die dni nri
ihu xpi. et mundi finis aduenerit. vt non glorietur omnis caro in conspectu dei. paulus
plantauit. apollo rigauit. sed dns incrementum dedit. Ergo neque
qui plantat neque qui rigat est aliquid. sed qui incrementum dat deus. Ipsius
enim agricultura ipsius edificatio sumus. Iuxta graciam dei qua sapiens architectus
posuit fundamentum. Nolite inquit vosmetipsos decipere. si quis sapiens est
in vobis. in seculo isto fatuus fiat ut sit sapiens. Sapiencia enim mundi stulticia
est apud deum. Dns cognoscit cogitaciones hominum. quoniam vane sunt. Et iterum. In
nullo enim michi conscius sum. sed nec in hoc iustificatus sum. qui autem me
iudicat dns est. Vt et vobis qui sine peccato esse vos dicitis. Quid habe-
tis quod non accepistis? Si autem accepistis quid gloriamini. quasi non acce-
pistis. Iam saturati estis. Iam diuites facti estis. Et ut sciamus non ex nobis
sed ex dei tota pende[re] iudicio Veniam inquit cicius ad vos. si dns voluerit
qui enim dicit veniam ad vos. ostendit se velle. monstrat cupere. promittit ad-
ventum. sed ut caucius hoc loquatur. infert si dns voluerit. Si quis enim se
putat quid nosse nec dum nouit sicut nosse oportet. Vas eleccionis humilitate
delectus ymo contra arrogantiam sic loquitur. Ego sum minimus apostolorum. qui
non sum dignus vocari aplus. quia persequutus sum ecclesiam dei. gratia autem dei
sum. quod sum et gratia eius in me vacua non fuit. sed omnibus hiis amplius labo-
raui non ego autem sed gratia dei. que mecum est. dicit se plus omnibus aplis labo-
rasse. statim quia laborem suum ad dei refert auxilium non ego inquiens
sed gratia dei que mecum est. Sic et in alio loco loquitur. Fiduciam autem talem
habemus per ihm xpm ad deum non quia ex nobis ipsis sufficientes sumus
reputare aliquid quasi ex nobis. sed sufficiencia nostra ex deo est. qui et dig-
nos nos fecit ministros noui testamenti. Non enim iustificatur homo ex operibus
legis. nisi per fidem ihu xpi. Vnde infert et nos in xpm ihm credimus Vt
iustificemur ex fide xpi. et non ex operibus legis. quia ex operibus legis non iusti-
ficabitur omnis caro. Si enim ex lege iusticia ergo xpus sine causa gratis
mortuus est. In lege maledicto est. scriptum est enim. maledictus est omnis qui non
permanet in omnibus. que scripta sunt in libro legis. Vt faciat ea. xpus
nos redemit de maledicto legis. factus pro nobis maledictum. Si enim data
esset lex. que posset iustificare. vere ex lege esset iusticia Sed conclusit scriptura
omnia sub peccato. Vt repromissio per fidem ihu xpi daretur credentibus. lex ergo
pedagogus noster fuit in xpo Vt ex fide iustificemur. Vnde addit et vno
versiculo comprehendit dicens. Euacuati estis a xpo qui in lege iustificamini

a gratia excidistis · Het tuta ptinco · Vt ostendā aplūs legem fuisse cōple/
tam · et plegem mandata omīa que continent' in lege · Deus ē eīn
qui opat' in nobis · et uelle et pfice · Laborat aplus et iux iusticiam
q in lege est · sine qrimonia qusatus · eo omīa pxpo ducit quisquilias
vt inveniat' in xpo · nō habens suā iusticiā · q ex lege · sed q ex fide
xpo est adeo · Vn̄ scribit ad thessalonicenses · Fidelis aut est dns · qui
seruabit uos · et custodiet amalo · Ergo nō liberi arbitrij ptate · sed
dei clementia qstruam'. At ne putes argumentatoib vanis q mouet
audientib qstiones veritate fidei posse subverti · Idem aplus scribit ad
thymotheū · O thimothee depositū custodi · deuitans qphanas vocum
nouitates et condicionē falsi nominis scie quā quidā pmittētes circa
fidem erraverunt · Benitas enī et misericordia saluatoris nrī nō ex opib
iusti' q fecim · s̄ sedm misericordiā suā saluos fecit nos · Vt iustificati
illi gra heredes sim iux spē vite etne .. Het breuit quasi delatis
simo ac pulcerrimo aplice doctine pto carpsim · Vt dure frontis
impudencia tolerat'. Transeam ad euāgelia et aplicos igniculos
clarissima x lampade compleam · Omīs aut q irascit fri suo sine/
causa reus erit iudicio · qui aut dixerit fri suo racha qd' int'ptat' vanus
et absq cerebro / reus erit concilio · Haud dubiū q̄n sanctorū et angelici
senatus · Qui aut dixerit fatue · reus erit gehēne ignis · Cuius mī pot
nō hūit vicio subiacet · cū etiā pociosō verbo redditui sim racō in die
judicij · Si ira et sermonis iniuria ac̄ interdū locus iudicio conciliōq · et
gehenne ignib delegat' · quid merebit' turpiū rerū appetitio · et ava/
ricia q radix est omīū petōrū · Si igit offeres donū tuū ad altare et ibi
fuis recordatus · qz frat tuus hz aliq aduersum te · dimitte ibi donum
tuū corā altari · et vade prius reconciliare fratri tuo · et tūc veniens
offeres munus tuū · Hoc est ptatis ut nō habeā aliq con fratrem meū
vt aut ille aduersus me habeat · aut nō habeat · i illi voluntate qstitit ·
Quid go faciā · si ille reconciliari noluit · Obsecrem · flectā genua · sed
iudicē qtempnet · an opto tollo nolente in mis amiciciē traham · et que
est maior i inimicicia quā amiciciā necessitate sociare · Neqz enī dixit
rogo eū ut tibi conciliet' · sed reconciliari prius fratri tuo · A sic offeres
munus tuū ad altare · Nō quo impossibilia dns precepit sed in tm patiētie
culmē astendit · ut ipse pro impossibili ac p difficultate nimia pcepisse
videat'. Ad destruendā sntaz tuā · qz scribis facilia dei esse mādata
Scandalizant oculus et pes et manus iubem' abscindi · Isto · per
tropologiā dictū sit amicissimis et psanguineis et fratris nobis uel
qiugali amore ~~[illegible]~~ sociatis · facile ne arbitram' ob q͂sdā offensās
tantā subito abscidē caritatē · Cuiq dr sit sermo vr est · est · nō · non ·
quid aut ampl ē ex malo est forsitan de uestra scola repiat' qui nuqua

mendus sit. Nec audiat illud propheticum et apostolicum. Ego dixi in excessu me/
tis mee. Omnis homo mendax. Nesciat scriptum in alio loco. Os quod mentitur
occidit animam. Verberanti maxillam alteram uberius opponere. Tollenti tu/
nicam etiam et pallium concedendum est. Angariati se mille passibus duobus
milibus tollam prebendam sibi. Petenti te da. et volenti a te mutuum ac
cipere ne auertas. Si duos nummulos habueo. et alius prostetur quid dabo
et ipse in mendicando erit. aut si non dedero transgressor legis inueniar.
Illud autem quod dicitur. Diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderunt vos
et orate pro persecutoribus et calumniatoribus vestris forsitan in vno corpore
repiatur apud nos raro. ab his est qui professi sunt quod fecerunt merede humilitate
clementia saluatoris. Et quod sequitur. Cauete ne iusticiam vestram hoc est elemo/
sinam vestram faciatis coram hominibus. vt videamini ab eis. Nescio quis possit
implere ad largiendum frustrum panis et binos nummulos pro greditur et exten/
dentes manum hinc illincque circumspicimus. quasi si nullus viderit contractior
sit. Esto vnus de mille inveniatur qui ista non faciat. Responde queso
vbi sunt facilia mandata. Nolite inquit solliciti esse de crastino. Crastinus
enim dies sollicitus erit sibi. sufficit diei malicia sua. Nos de crastino non
cogitamus. et instar auium presentibus contenti estis. Quomodo epistole bibline vo/
litant terre finem ethiopie vt ita simias et in pabas nouo de ophir sa/
lamoni dona mittantur. Vis audire facilitatem mandatorum dei ausculta
quod dicitur. Quam arta et angusta via est que ducit ad vitam et pauci sunt
qui inveniunt eam. Non enim dixit qui gradiuntur per eam. hoc enim vel difficili
mum est sed qui inveniunt. Pauci enim inveniunt et multo pauciores in/
grediuntur per eam. Filius inquit hominis non habet vbi caput suum reclinet
Cui dicit in Ysaia. suscipe lassum. et hec est requies mea. Si non habet vbi
caput reclinet. et quietum et trementem verba mea. Vbi est mandatorum fa/
cilitas. Multi hoc quod scriptum est. Non veni iustos vocare sed peccatores ad
penitentiam simpliciter accipiunt. iuxta illum sensum. Non indiget sani medico
sed hii qui male habent. Alii vero imputantur tractatus. Non veni vocare
iustos. Nullus enim ad perfectum iustus est. Sed ex alia parte peccator. sed peccatores quibus
magis refertus est. dicente david. Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus
et corrupti sunt et abhominabiles facti sunt. in ~~adm~~ adinuentionibus suis omnes
declinauerunt. simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum. non est vsque ad
vnum. Nolite ait possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris Non
peram in via. Non panem neque duas tunicas. Neque calciamenta neque virgam. Hec
magis precepta apostolica sunt. Et certe apostolus petrus caligas habuisse narratur.
dicente angelo ad eum. precinge te et calciare caligis tuis. Duas autem tunicas
vt de ceteris taceam puto quod et ego et tu possideamus. si tamen tu amplius non ha/
bemus. Hec dico et iterum iterumque ac persingula ingero ut erubescas ad

tum facilia esse dei mandata. fratrem tradat tradet frater in mortem. pater
filium. consurgent filii contra parentes et interficient eos. et eritis inquit
odio cunctis hominibus propter nomen meum et quod facilia iusserat et sciebat
ea facile posse compleri. propterea ut rei facilitatem ostenderet copulat
dicens. qui perseveraverit usque in finem. hic salvus erit. Non veni inquit pacem
mittere super terram. sed gladium. Veni dividere hominem contra patrem suum et filiam
contra matrem. et nurum contra socrum. et ne omnem prolixiorem longiorem sententiam
faceret. uno cuncta sermone comprehendit dicens. Inimici hominis domestici
eius. Cuique posuisset. qui amat patrem aut matrem super me. non est me
dignus. et qui amat filium aut filiam super me non est me dignus. Ob
facilitatem preceptorum intulit. et qui non tollit crucem suam et sequitur me. non
est me dignus. Crux christo facilis est. Nudum post christum pergere ludus est
iocus est. Et ubi premia que difficultate queruntur. Non colliguntur zizan/
nia in principio solo ne et frumentum pariter eradicetur. Palea domini futuro iu/
dicio reservatur. quando iusti fulgebunt quasi sol. et egredientur angeli et se/
parabunt malos de medio iustorum. Petrus mergitur. et meretur audire
modice fidei quare dubitasti. Si in illo modica fides. in nobis magis
fit nescio. De corde inquit exeunt. cogitationes pessime homicidia
adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemie. hec sunt
que coinquinant hominem. Procedat qui in corde suo hec non esse testetur
et plenam in corpore isto mortali iusticiam confitebor. Qui vult inquit salvare
animam suam. perdet eam. et qui perdiderit animam suam propter me salvam faciet eam
iterum dicam. hec sunt facilia mandata. Ve mundo ab scandalis. necesse
est enim ut veniant scandala. Et propterea in alio loco scriptum est. In multis
offendimus. sive erramus omnes. Non pauca peccata sed multa. nec quendam
sed omnes posuit omnes enim que sua sunt querunt et non ea que dei sunt. Unus
bonus deus dicitur et magister quasi hominis bonitas adiuvet. et tu plenam
iusticiam non habes quia noluit substanciam suam pauperibus erogare Unde
difficultas difficultati. ymmo impossibile impossibili comparatur. Nec enim
ne cum ingrediente per foramen acus nec divite permanente in regno
celorum. Quis nostrum non lavat exteriora calicis et parapsidis et inte/
riora nequaquam hiis sordibus inquinata. Quis sepulchrorum extrinsecus
dealbatorum pro pulchritudine declinavit. Nec et nobis dicat ihesus. Sicut
quidem videmini hominibus iusti intus autem pleni estis ypocrisi et iniquitate
Credimus aliis viciis carere possumus ypocrisis maculam non habere
aut paucorum est aut nullorum. pater inquit si possibile est transeat
calix iste a me. Verumtamen non sicut ego volo. sed sicut tu. filius dei qui dixit
et facta sunt. mandavit et creata sunt omnia secundum hoc quod filius hominis
dicitur sinceri temptat. pater si possibile est. Verumtamen non sicut ego volo. sed
sicut tu. Et credo tolo... meus abducto supercilio loquitur. potest homo

sine peccato esse si velit. Apostoli audiunt. sic non potuistis una hora vigi
lare. Non dixit noluistis. sed non potuistis. Apostoli una hora vigilare non
possunt. somno merore et carnis fragilitate superati. et tu potes longo
tempore omnia simul peccata superare. Marcus evangelista scribit de domino. Et non
poterat ibi ne unam quidem facere virtutem. nisi paucis egrotantibus
manus imponens sanavit eos et admirabatur propter incredulitatem eorum
dominus dicitur non potuisse in nazareth. ne unam quidem facere virtutem. et
infidelitatis aliene stupore retinetur et vos potestis omne quod vultis. De
nique in consequentibus scribitur. Abiit in fines tyri et sydonis et ingressus
domum neminem volebat scire et latere non potuit. Certe utique cupiebat
latere. et quod cupiebat latere qualiter facere non potuit. ut adventum sui omnium
conscientiae declararet. quibus certis causis latere non potuit. Cogita assumpti
hominis veritatem. et omni cetebis terebis scandalo. Si filius aliquid
in carne. et per carnem non potuisse narratur. Nos qui toti carnei sumus
et quottidie spiritus operibus repugnamus cum apostoli simus quam volumus cuncta
faciemus. Petrus apostolus tria vult in monte facere tabernacula. unum domino
alterum moysi. tertium helie. nesciens quid loquatur timore perterritus et vos pro
rigore philosophie eructamini superbiam de die et hora consummationis ultime
et angelos celorum et filium ignorare respondit. et vos plenam scientiam
pollicemini. carnis infirmitas deo habitatore gaudebat et tamen mensuram
fragilitatis sue excedere non poterat. ut non TWΔΨKEIN. id est pu
tative iuxta veteres hereticos. sed vere dei filius. hominis filius crederetur. Apostolos
paululum relinquens cecidit pronus in terram. et orabat dicens pater
si possibile est. Cur queso sententiam ambiguitatis exprimit. quam in alio loco
dixerat. que apud homines impossibilia. apud deum possibilia sunt. sed quod passurus
hominis verbis loquitur. Ille dicit si possibile est una hora fieri. Tu dicis
im possibile est omni tempore peccata vitare. In quibusdam exemplaribus et max
ime grecis codicibus iuxta marcum in fine evangelii eius scribitur. Postea cum
accubuissent undecim. apparuit eis. et exprobravit incredulitatem. et
duritiem cordis eorum quia hiis qui eum viderant resurgentem non credi
derunt. et illi satisfaciebant dicentes seculum istud iniquitatis et incredu
litatis substantia est. que non sinit per immundos spiritus veram dei apprehendi vir
tutem. Idcirco iam nunc revela iustitiam tuam. Cui si contradicitis. illud
certe renuere non audebitis. mundus in maligno positus est. Et quod dominum
suum sathanas temptare ausus sit et victus atque confusus recesserit.
usque ad tempus utique passionis ille temptator et successor. Iovinianum audis
loqui eos qui plena fide baptisma consequuti sunt non posse temptari
Ymo alios verbis posse homines baptisatos si voluerint nequaquam velle
peccare. Zacharias iustus audit ab angelo. quia non credidisti

verbis meis · Pater lunatici de aplis loquitur rogaui discipulos tuos
ut eicerent eu id est demone · et no potuerut et ipi discipuli interrogant
saluatore quare no potuimus eicere illu ? et audiunt · pp incredulitate
vram Cur queso quia omnia posse dno seruabat · Intrauit cogitatio
in aplos · quis eoru maior esset · et emendantur doctrina saluatoris ·
du minimus maior agnoscitur et humilitas sublimitate mutatur · Non
recipitur ab urbe samaritanoru · quia facies eius erat euntis Ierlm
Iacobus et iohannes vere filij tonitrui Et zeli ardore feruentes · phinees
et helyas ignem de celo deducere cupiunt et corripiuntur a dno · quia
utiqz no corriperentur si absqz errore voluissent · Ibant cu illo populi · hoc
est cu dno · qui gustos dix · Si quis venit ad me et no odit patrem suu
et matrem sua et uxorem et filios et fres et sorores insup et aiam sua
no pt meus esse discipulus · et qui no tollet cruce sua · et sequitur me · no pot
meus esse discipulus · Et in hoc loco temerarijs proclamabo pt tuos si vo/
lit omnia vitare peccata facilia em sunt madata eius qui meretur audire a dno
saluatore · Vos estis qui iustos esse vos dicitis cora hominibus deus aut
nouit corda vestra · qz qd apud homines excelsu est · Abhominabile est cora
deo · Impossibile inquit est · ut scandala no veniant puta q peccatu scan/
datu venit nisi fallor em CKOΛOΨETCKANΔAΛON · apud
grecos ex offensione et ruina nomen accepit propterea i multis offendimus
omnes fac ut no corruas · Certe offendi et non in uno s i plurimis · Du/
bitor q et in aliquo offendisse peccatu sit · Dixerut apli dno · Auge nobis
fidem · Qui respondit eis · Si habetis fidem quasi granu sinapis qd
utiqz minimu est omniu seminu · et crescit oboleus meus fidei nobis motibus
intumescit · Dicebat aut inquit et parabolam illis q oportet semper orare
et nuqua desistere · frustra semp oramus · si in nro est arbitrio · facere
qd velimus · Dixerut apli et quis pt saluus esse · Audiunt a domino ·
que impossibilia sut ap homines · possibilia aput deu sut · ergo aliqua que
aput homines impossibilia sut et dicte ea esse possibilia ex eo ostenditur
q ap deu possibilia sut · Sit ergo aput deu possibile hoi si voluerit donare
i penitentia · non ipius merito sed sua clementia · et ap hoies nequaqz
possibile liberi arbitrij ptate · qd nutu donantis accipitur · Non sufficiat
aplis dudu sup dignitate quesisse quis eoru maior esset · Sed in ipo
necessitatis et passionis articulo scribitur de eis · facta est aut et co/
tentio inter illos quis eoru maior esset · Optimu tenera tempus
instante de dignitate contendere · Symon inquit symon · ecce sathanas
expetit uos ut cribraret quasi triticu · ego aut rogaui pro te ut no
deficiat fides tua · Et dicte uix vos in apli erat potius potestate si
voluisset ut no deficeret fides eius q utiqz deficiente petru subi gditur

In quibusdam exemplaribus tam grecis quam latinis invenitur scribente
Luca. Apparuit illi angelus de celo confortans eum. haud dubium
quin dominum salvatorem. Et factus in agonia prolixius orabat. factusque est
sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Salvator in pas-
sione ab angelo confortatur. et critobolus meus non indiget auxilio dei
habens liberi arbitrii potestatem. et tam vehementer orabat ut gutte
sanguinis ex parte prorumperet que totum erat in passione fusurus. Quid
inquit dormitis surgite et orate. ne intretis in temptationem. Debuit utique
vos dicere. Quid dormitis. surgite et resistite liberum enim habetis arbitrium
et semel vobis concessa a domino potestate. nullius alterius indigetis auxilium. si enim hoc
feceritis non intrabitis in temptationem. Non possum ait ego facere a meipso
aliquid. sicut audio. judico. Arriani obiciunt calumnia. Sed respondet ecclesia
ex persona hominis hoc dici qui assumptus est. Tu econtrario loqueris possum
sine peccato esse si voluero. Ille nichil ex se potest facere ut homo iudicet ve-
ritatem. Tu potes omnia peccata vitare. ut adhuc in corpore constitutus
Anthiteon esse te doceas negat scribus ac propinquis ire se ad scenophegiam
Et postea scriptum est. Ut autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit
ad solempnitatem. non manifeste sed quasi in abscondito. Iturum se nega-
vit. et fecit quod prius negaverat. Latrat porphyrius inconstancie ac
mutationis accusat nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda
Moyses inquit dedit vobis legem et nemo ex vobis facit legem utique possibile
et tamen quod erat possibile nemo compleverat. Neque enim culpa imperantis est.
sed fragilitas audientis. Ut omnis mundus subditus fiat deo. In ewangelio
secundum iohannem. In multis et grecis et latinis codicibus invenitur de ad-
ultera muliere. que accusata est apud dominum. Accusabant autem et vehementer
urgebant scribe et pharisei iuxta legem eam lapidare cupientes. At ihesus
inclinans digito scribebat in terra eorum videlicet qui accusabant et omnium
peccata mortalium. secundum quod scriptum est in propheta. Relinquentes autem super terram
scribantur. Tandemque caput elevans. dixit eis qui sine peccato est vestrum. primus
super eam mittat lapidem. hoc quod dicitur sine peccato grece scriptum est anamarteton
Quid ergo aliud esse dicit sine peccato et aliud. anamarteton aut grecum ser-
mone novo verbo exprimat aut si expressum est a latinis ut in hiis tribus
veritas habet perspicuum est anamarteton. nichil aliud esse. nisi absque peccato
et quia accusatores omnes fugerunt. dederat enim verecundie eorum clemen-
tissimus iudex spacium recedendi. Rursumque inclinans scribens terram que despi-
ciens paulatim discedere et oculos illius declinare ceperunt. Solusque re-
mansit cum muliere. Cui loquutus est ihesus. Ubi sunt. Nemo te condem-
pnavit. Que ait. nullus domine. Respondit que ei ihesus. neque ego te con-
dempno. Vade et amodo noli peccare. precepit dominus. ne ultra peccaret
sicut et alia similiter in lege mandavit. sed utrum ea fecerit vel ne scriptura

non dicit. Omnes inquit qui venerunt ante me fures fuerunt et latrones. Et
omnes nullo excepit. Qui venerunt inquit non qui missi sunt. de quibus
propheta ait. Ipsi veniebant a se. et ego non mittebam eos. quod vero solus
Christi potentie reservatur qui ad sua venerat et sui eum non receperunt. Dum
essem inquit in mundo cum eis. ego servabam eos in nomine tuo quod dedisti eis
liberi arbitrii et custodivi. et nullus ex eis periit. nisi unus filius perditionis.
Non dixit eis dedi ei liberi arbitrii potestatem ut ipsi se suo labore
servarent sed ego custodivi eos. ego servavi. Deinque infert. Non peto
sic humana conditio si paululum se remiserit discit fragilitatem suam et
multa se non posse cognoscit. Putasne apostolum paulum eo tempore quo scribebat
lucernam suam penulam quam reliquit troade apud carpum veniens afferre
libros maxime membranas de celestibus cogitasse misteriis et non
de hiis que in usu vite vel corporis necessaria sunt. Da mihi hominem
qui non esuriat non sitiat non algeat non doleat non febricitet non tor-
minibus et urine difficultatibus torqueatur et ego tibi concedam posse hominem
nichil aliud nisi de virtutibus cogitare. Ceditur apostolus a ministro et contra pon-
tificem qui eum cedi iusserat sermonem dirigit. Percuciat te deus paries de-
albate. Ubi est illa paciencia salvatoris qui quasi agnus ductus ad victimam
non aperuit os suum sed clementer loquitur verberanti. Si male
locutus sum argue de malo. Si autem bene quare me cedis. Non apostolo
detrahimus sed gloriam domini predicamus qui in carne passus iniuriam carnis
superat fragilitatem ut taceam illud quod ipse commemorat. Alexander
erarius multa mala mihi ostendit. Reddat illi dominus in illa die iuxta opera eius.
Cryti. Cogis me ut loquar quod iam dudum gestio et tua commpentia (?) tamen
non promo. Atti. Quis te enim prohibet quod sentis dicere. Aut enim bonum
est quod dicturus es et nos bono fraudare non debes. Aut malum et id
tacito non ingratum sed pudore siluisti. Cryti. Dicam dicam aliquid quod
sentio. Omnis disputacio tua illud dilabitur ut naturam accuses et
culpam referas ad eum qui talem hominem condidit. Atti. Hoc illud
erat quod volebas et nolebas dicere. Dic. Dic queso ut omnes tuam
sciant prudenciam. Reprehendis deum quare hominem fecerit homines repre-
hendant et angeli cur angeli sint. Omnis creatura causetur quare id sit
quod condita est et non id quod condi potuit. Sicut mihi in pluribus declamat.
Inicium ludendum est ut a culice et formica usque ad cherubim
veniam et seraphim cur non singula in meliori statu condita sint.
Cumque ad excelsas venero potestates causabor et dicam quare deus solum

tantum deus sit et non omnia deos fecit. aut enim impossibilitas iuxta
te. aut iniquitatis reus erit. Responde cum tu et dyabolum in hoc
mundo tantum esse concedat et auffer coronam cum certamen abstuleris.
Atti. Non sum tam vecors ut querar cur dyabolus sit. cuius
invidia mors introivit morbum certum sed hoc doleo cur vir eccle
siastici et qui nigrorum se usurpat vocabulum tollat liberum arbitrium
quo sublato manichei secta construitur. Atti. Ego ne liberum
tollo arbitrium. qui in tota disputacione mea nichil egi aliud.
nisi ut omnipotentia dei cum libero arbitrio reservarem. Cri. Quo
liberum servas arbitrium. qui dicis hominem nichil posse facere nisi deus
semper adiuverit. Atti. Si culpa est qui libero arbitrio nititur ad
auxilium dei. ergo ille laudetur qui tollit auxilium. Cri. Non tollo aux
ilium dei quippe per cuius graciam possumus omne quod possumus. sed utrique suis
finibus terminamus ut et dei sit gracie qui dedit liberi arbitrii. potestatem
et nostre voluntatis facere quod vel non facere quo et facientibus premium et
non facientibus pena servetur. Atti. Videris michi obliviosus esse
et quasi nichil superdictum sit per easdem disputacionis currit lineas.
Hoc enim longa disputacione conclusum est Ut gracia sua deus qui nobis
concessit arbitrium in singulis operibus iuvet atque sustentet. Cri. Sed
coronat et laudat in nobis quod ipse operatus est. Atti. Voluntatem
nostram que obtulit omne quod potuit. et laborem quo contendit ut faceret.
et humilitatem que semper respexit ad auxilium dei. Cri. Ergo si non
fecimus quod precepit. aut voluit nos adiuvare deus. aut noluit. si vo
luit et adiuvit et tamen fecimus quod noluimus. non nos. sed ille superatus est
Sin autem noluit adiuvare non est culpe. qui voluit facere. sed illius qui
iuvare potuit et noluit. Atti. Non intelligis ΔIAEKIMATON
tuum inusitate blasphemiarum decidere baratrum Ut ex utraque parte. aut
invalidus sit deus aut invidus et non tantum ei laudes sit quod bonorum
auctor est et adiutor quantum vituperacionis quod mala non cohercuit.
detrahatur ergo illi cur dyabolum esse permiserit. cur passus sit. et
hucusque patiatur quottidie aliquid in mundo mali fieri. quod hoc
marcion et omnes hereticos canes qui vetus laniant testamentum
et huiuscemodi sillogismum texere consueverunt. Aut praescivit deus
hominem in paradiso positum praevaricaturum esse mandatum illius aut
nescivit. si scivit non est culpa qui praescientia dei non potuit. sed
ille qui talem condidit. ut dei non posset scientiam devitare. Si
nescivit an praescientiam tollis auffers et divinitatem. Hoc enim genere in
culpa erit. qui elegit saul futurum regem impiissimum. et salvator
aut ignorantie aut iniusticie tenebitur reus. Cuius in ewangelio
sit loquentis. Nonne duodecim vos ego legi apostolos et unus de
vobis diabolus est. Interroga eum cur iudam elegerit proditorem.

Cur ei loculos commiserat, quem furem esse non ignorabat. Vis audire
rationem? Deus praesentia, quae novit talem fore, quibus sibi postea dis-
plicebat. Sed tantae bonitatis est et ineffabilis clementiae ut eligat
eum quem interim bonum cernit et scit malum futurum, dans ei po-
testatem conversionis et paenitentiae. Iuxta illum sensum apostoli: Ignoras
quia benignitas dei ad paenitentiam te adducit? Secundum duritiam autem
tuam et impaenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et re-
velationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum eius opera. Neque
enim ideo peccavit adam, quia deus hoc futurum noverat. Sed praescivit deus
quasi deus quod ille erat propria voluntate facturus. Causa ergo deum
mendacii quare dixerit per ionam: Adhuc tres dies et ninive subvertetur.
Sed respondebit tibi per hieremiam: Ad summam loquar contra gentem et regnum
ut eradicem et destruam et disperdam illud. Si paenitentiam egerit gens illa
a malo suo quod loquutus sum adversum eam, agam et ego
paenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Et ad summam loquar de
gente et regno ut aedificem et plantem illud. Si fecerit malum in
conspectu meo ut non audiat vocem meam, paenitentiam agam super bono
quod loquutus sum ut facerem ei. Indignabatur quondam et Ionam
cur deo fuerit iubente mentitus. Sed iniusti erroris arguitur maeren-
tum paenitentiae innumerabilis populi verum dicere. Quod cum tantorum salute metiri
ponitur ei exemplum: Tu doles super hedera sive cucurbita, in qua
non laborasti, neque fecisti ut cresceret, quae sub una nocte nata est
et una nocte periit, et ego non parcam ninive civitati magnae
in qua sunt plusquam centum viginti milia hominum qui nesciunt quid
sit inter dexteram et sinistram suam. Si parvulorum aetatis et simplicium
quos certe peccatores fuisse non potes approbare, tanta fuit hominum multitudo,
quid dicemus de universis sexus aetate diversa, licet iuxta philonem et prude-
tissimum philosophorum ab infantia usque ad decrepitam senectutem septena-
rio ordine devolvitur. Dum ergo sic in uniuscuiusque aetatem incrementa sunt
cedunt, ut quod de alia transeamus ad aliam sentire minime valeamus.
Crit. Tota argumentatio tua huc tendit ut quod greci dicunt
AVTBZOVCIO et nos liberum appellamus arbitrium, vocabulo te-
neas, re auferas. Tu enim auctorem peccatorum facis deum, dum
asseris nichil hominem per se posse facere sine auxilio dei, cui impu-
tetur omne quod facimus. Nos autem sive bonum sive malum homo fecerit
per liberi arbitrii potestatem ei dicimus imputari qui fecit quod voluit,
et non ei qui semel liberum concessit arbitrium. Atti. Quamvis
tergiverseris laqueis veritatis innecteris. Hoc enim modo etiam
si ipse non adiuvat, tamen iuxta te auctor erit malorum quia potuit
prohibere et non prohibuit. Vetus enim sententia est homicidam esse eum

qui tu posset homines de morte liberare non liberet. Crit. Iam
iam tollo manum cedo vicisti si non vincere est veritatem velle subdu-
cere non rebus sed sermonibus idest non veritate sed mendacio
Possum enim tibi illud apostoli respondere et si imperitus sermone non tamen
sciencia. qui enim loqueris tacitis argumentacionum strophis tibi videor
assentiri. Tu autem tacitus ex alio rursus elaberis. Ut liquido appareat
disputacionem tuam non ex fontibus veritatis et christiana simplicitate sed
ex philosophorum minuciis et arte descendere. Atti. Vis ergo me scrip-
turarum uti rursum testimoniis et quomodo iactant discipuli tui
nullam argumentacionibus tue posse pleniter respondere. Crit.
Non solum volo sed et cupio. Doce me de scripturis sanctis ubi
sublata liberi arbitrii potestate faciat homo quod possit aut noluit aut
non potuit. Atti. Non ita ut tu proponis sed ut vitas posit et
racio scripturarum vocibus est utendum. Loquitur Jacob ignoratione
sua. Si fuerit dominus deus meus et custodierit me in via per
quam ego pergo et dederit michi panem ad comedendum et vestimen-
tum ad operiendum et reduxerit me cum salute in domum patris mei erit
michi dominus in deum et lapis iste quem posui in titulum erit michi
domus dei et omnium que michi dederis decimas offeram tibi. Num-
quid dixit si liberum arbitrium conservavero et cibum et vestimentum meo
labore quesiero et reuertero in domum patris mei. Omnia dat domini vo-
luntati. Ut mereatur accipere quod postulatur. Reuertenti de mesopotamia
Jacob angelorum occurrit exercitus et vocatur castra dei. postea pugnat
cum angelo sub figura hominis et a domino confortatur. de supplantatore Jacob
rectissimus dei nomen accepit. Neque enim ad fratrem crudelissimum au-
debat redire. nisi domino presidio roboratus. Scriptum est de quo supra
Ortus est ei sol postquam transivit phanuel quod interpretatur facies
dei. Unde loquitur et moyses. Vidi dominum facie ad faciem et salva facta
est anima mea. non proprietate nature sed dignatione miserentis. Oritur
ergo nobis sol iusticie qui vultum domini confirmavit. Joseph in egypto
carcere clauditur. Ibi quoque infertur quod custos carceris omnia potestati eius
fidei quoque commiserat. Causa quam reddit quia dominus erat cum eo. et quecumque
faciebat prosperabatur a domino in manibus eius. Unde et eunuchis somnia
suggeruntur et pharao vidit somnium inextricabile. ut pharaonis occa-
sionem liberetur ioseph pater pasceretur et fratres egyptiis famis tempore
salvarentur. Loquitur. Dixit autem deus ad israhel in visione noctis
Ego sum deus patrum tuorum noli timere descendere in egiptum in
gentem enim magnam faciam te ibi et ego descendam tecum in egiptum
et educam te inde. et joseph ponet super manus suas oculos tuos
Ubi est hic liberi arbitrii potestas. et non totum quod vere non audet

ad filium et genti se totum committere dominum uescienti dei patrem eius auxilium
est liberatus populus de egipto in manu forti et brachio excelso non moysi
et aaron · sed eius qui signorum miraculis populum liberauit · et ad extremum
percussit primogenita egipti · ut qui prius retinebat permaneret ardenter
exire compelleret · Salomon loquitur · Esto confidens in domino in toto corde
tuo · in tuam autem scientiam sapientiam ne exalteris vijs tuis cognosce eum · Ut ipse
faciat vias tuas · Intellige quid loquatur nec insipientiam tuam · nec in
vllis uirtutibus confidendum · sed in solo domino a quo gressus hominis dirigitur ·
Deinde precepit · Ut ostendamus ei vias nostras · et notas esse faciamus
quia non labore proprio · sed illius adiutorio atque clementia recte fuit · Unde
scriptum est rectum fac in conspectu tuo · viam meam · ut quod tibi rectum esse fa-
ciamus videamus · Idem salomon loquitur · deuolue super dominum opera tua et fir-
mabuntur cogitationes tue · tunc enim nostra cogitatio confirmatur cum omne quod
agimus quasi super stabilem deuoluimus eique cuncta reputamus · Apostolus paulus
cum dei beneficia celesti sermone narrasset ad extremum intulit · et ad hec
quis ydoneus · Unde et in alio loco dicit fiduciam autem talem habemus per
xpm ad deum · non quod sufficientes ~~sumus~~ simus cogitare aliquid a nobis · quasi
ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est · qui et ydoneus nos fecit ministros
noui testamenti · non littera sed spiritu · Littera enim occidit · spiritus autem viuificat ·
Adhuc audemus pro libero arbitrio superbire · et abuti beneficijs dei in
contumeliam largitoris · Cum idem vas electionis sapientissime scribat
Habemus autem thezaurum istum in vasis fictilibus ut abundantia forti-
tudinis sit ex deo · et non ex nobis · Unde et in alio loco retundens hereticorum
impudentiam loquitur · Qui gloriatur · in domino glorietur neque enim qui se ipsum com-
mendat ipse est probatus · sed quem dominus commendat · Et iterum · nichil enim mi-
defuit ab hijs qui super modum sunt apostoli · licet nichil sim · petrus loquitur ad
dominum · signorum magnitudine conturbatus · Recede a me quia peccator
sum · et dominus ad discipulos · Ego sum vitis · Vos rami · qui manet in
me · et ego in eo · iste affert fructum multum · quia sine me nichil po-
testis facere · Sic rami et flagella vitium illico contabescunt · cum fluctus
si a dei auxilio deseratur · Nemo inquit potest venire ad me · frangit superbi-
entem arbitrij libertatem · quod etiam si velit ad xpm pergere nisi fiat illud ·
quod sequitur · pater meus celestis traxerit eum · nequicquam cupiat frustra
nitatur · Simul et hoc animaduertendum quod qui trahitur · non sponte currit · sed ad
retractans et tardus aut inuitus adducitur · Qui non potest suis viribus
et labore venire ad ihesum · quomodo potest per omnia sine peccato viuere · et vitare
peccatum · et dei sibi potentie nomen assumere sicut ille anamartetos et
ego anamartetos · quid inter me et deum erit distantia · Unde adhuc
ponam testimonium · ne tibi et auditoribus tuis fastidium faciam · ast vero
que septuaginta interpretes artaxerxen vocat · somnus aufertur ab oculis

ut commentarios fidelium mense replicans misericordiam meruit. Mardocheus
quoque iudeus de insidijs liberatus est. ut Hester commendabilior fieret
et cunctus populus iudeorum imminentem vitaret necem. Certe rex potentissimus
qui ab India usque ad septentrionem et ethiopiam cunctum possidebat orien-
tem. post largissimas epulas et cibos toto orbe quesitos dormire cupi-
ebat et sompno requiescere. ac liberum arbitrium dormiendi. nisi deus
prescriptor honorum omnium impedisset nature ordine. ut tamen naturam tyranni
crudelitas vinceret. Longum est si velim cuncta sanctorum scripturarum
exempla proferre. totus sermo sanctorum ad deum oracio est. tota oracio
et deprecatio extorquet clemenciam creatoris. ut qui viribus nostris et studio
saluari non possumus. illius misericordia conseruemur. Ubi autem misericor-
dia et gratia est liberum ex parte cessat arbitrium. quod in eo tantum est. ut
velimus atque cupiamus laboramus annittimur illius ope et auxilio im-
plere valeamus. Glyci. Ego semper licet dixerim non in singulis
operibus nostris sed in gratia conditionis et legis sentiri auxilium dei
ne liberum frangeretur arbitrium. Ceterum sunt plerique nostrorum qui omnia
que agimus dicunt sibi presidio dei. Atti. Qui hoc dicit vester esse
cessabit. Aut ergo et ipsa dicito. ut noster esse incipias. aut si non
dicis alienus eris cum his qui ea non dicunt. Glyci. Tuus ero si
meo dixeris. ymmo tu meus si adversa non dixeris. Sana corpora con-
fiteris et animam que fortior est, denegas sanitate. Ut enim morbus et
vulnus in corpore. Ita peccatum in anima. Quod ergo sanum aliquem hominem confiteris
ex ea parte qua corpore est. quare non sanum dicas et ex ea parte qua spiritus est.
Atti. Sequar proposicionem tuam. nunquam hodie effugies veniam quocumque
vocaveris. Glyci. Paratus sum ad audiendum. Atti. Et ego
adloquendum surdis auribus. Respondebo ergo ad propositum ex anima compacti
et corpore utriusque subire naturam sequimur. quando corpus sanum dicitur. si nullo lang-
uore vexetur. ita anima absque vicio. si nulla perturbatione quatiatur. et tamen
quamvis corpus sanum sit integrumque et vegetum et cunctorum sensuum inte-
gritate robustum aut crebris aut raris infirmitatibus condolescat. et
ut firmissimum sit interrumpit vite molestiam patitur. ita animo cogitationum
et perturbationum impetus sustinens in superbiam et naufragia. non absque
periculo navigat. considerans que fragilitatem suam semper de morte sol-
licita est. secundum illud quod scriptum est. Quis est homo qui vivat et non
videat mortem. que cunctis est intenta mortalibus non nature disso-
lucione. sed morte peccati. Iuxta illud propheticum anima que peccauerit ipsa mo-
rietur. Alioquin hanc communem mortem qua et bruta soluuntur alia Enoch
et Helyam non dum vidisse cognoscimus. Da mihi corpus quod
numquam langueuit aut quod post languorem perpetua sanitate securum
sit et dabo tibi animam que numquam peccauit nec post virtutes deinceps

peccatura sit · presertim cum victima sicut vicia virtutibus · et si paulu/
lum declinaueris · aut errandum tibi sit aut preceps cadendum · quanto
enim inter se distat parsimonia et auaricia · parsimonia et frugalitas · libera/
litas et profusio · prudentia et calliditas · fortitudo temeritas · cautela et
timiditas · quorum alia bona alia vergunt ad mala · quod quidem et in corporibus
invenitur · si felli prouideris · temperando pituita succrescit · si humores sic/
care festines · marcescit sanguis · vilescit vicia atque et luteus color ora per/
fundit · Certe ut cunctam medicorum adhibeamus diligenciam et castigatis/
simam cibis · et morborum vomitibus · crudelitate torqueamur · occultis
quibusdam et soli deo cognitis causis · vel frigore inhorrescimus vel febri ex
ardescimus · Vel torminibus eiulamus et veri medici salvatoris im/
ploramus auxilium · dicimus quod cum apostolis · magister salvos nos fac perimus ·
Critobulus · Esto ut nullus potuerit omne vitare peccatum · In pueritia · Adoles/
centia · Juventute · Nunquid negare potes plurimos iustos et sanctos viros
post vicia omnia se ad virtutes animo contulisse et per has caruisse peccato · Atticus
Hoc est quod tibi in principio dixeram · In nostra esse positum potestate vel peccare
vel non peccare et vel ad bonum vel ad malum extendere · Ut liberum servetur
arbitrium · Sed hoc pro modo et tempore et condicione fragilitatis humane
perpetuitatem autem impeccantie soli reservari deo · et ei qui verbum
caro factus · caro nostra detrimenta · et peccata non pertulit · nec quia ad breve
possum · cogis me ut possum iugiter possum ieiunare vigilare ambulare · legere
psallere · sedere · dormire · nunquid in perpetuum · Critobulus Et quare in scripturis scilicet
ad perfectam iusticiam provocamur · Ut est illud · beati mundo corde · quoniam ipsi deum
videbunt · et beati immaculati in via · qui ambulant in lege domini · et
dei loquentis ad abraham · Ego sum deus tuus · placeto in conspectu
meo · et esto sine macula et querela et ponam testamentum meum inter me
et te · et multiplicabo te nimis · si enim non potest fieri quod scriptura testatur
frustra precepit ut fieret · Atticus Divinis testimoniis speculaturum · eandem
questione teris · in theatrales prestigias · qui unum eundemque hominem per/
sonarum varietate mutata · In martem venerem quoque producunt · Ut qui
prius rigidus et truculentus incesserat postea solvatur in mollitie feminarum
Hoc enim enim quod nunc quasi novum obicis · beati mundi corde · et beati
immaculati in via · et esto sine macula et cetera istiusmodi apostolo respon/
dente · contentum est · ex parte cognoscimus · et ex parte prophetamus · et nunc per
speculum videmus in enigmate · cum autem venerit quod perfectum est id quod
ex parte fuerat destruetur · et mundum ergo cor quod postea sit visurum deum et
beatitudo vie immaculate · et immaculatum cum abraham viuere · In umbra
possidemus et ymagine · Quamvis aliquis patriarcha sit · quamvis propheta
quamvis apostolus dicitur eis a domino salvatore · Si vos cum sitis mali scitis
bona dare filiis vestris quanto magis pater vester qui in celis est · Dedit

bona petentib9 sc. deniq3 et abraham cui dictu est esto sine qrela/
sine macula conscia fragilitatis sue credidit pron9 in terram. cui3 lo/
quut9 ei esset deus. Sara uxor tua no vocabit ultra sara. sed sar/
ra erit nome eius. et benedicam ei. et tibi ex ea filiu. et benedicam illi
et erit in gentes. et reges gentiu ex ipso erunt. Statim infert. Ceci/
dit abraham in faciem suam. risitq3 et dixit i mente sua. si centena/
rio nascet filius et si sarra nonagita annoru pariet. Dixitq3 ab/
raham ad deu ysmahel vivat in conspectu tuo. Cui respondit deus
Etiam. ecce sarra uxor tua pariet tibi filiu. et vocab no ei9 ysaac et
reliqua. Certe audierat a deo. Ego sum deus tuus. placeto in co/
spectu meo. et esto sine macula. Ecce no credidit q deus repromisit
sed risit in corde. putans se celare deu. et aperte ride no audens
deniq3 causas incredulitatis exponens. Dic in corde suo. quo
sicu pt. Ut centenarius de nonagenaria uxore generet filium.
Vivat inquit ysmahel in conspectu tuo que senex. difficilia et
mag no qro. contentus sum beneficio qd accepi. que occulta expo/
sitione arguens deus. ait. Etiam. et est sensus. fiet qd estimas no
futuru. sarra uxor tua pariet tibi filiu. et antequam ista concipiat
priusquam ille nascat pueo nome impono. ex errore enim tuo quo
risisti tacit9 et filius tuus ysaac eius nome accipiat. Sin aut modo
corde putas in pnti seculo videri deu. ecce moyses, q p9 dixerat
vidi deu facie ad faciem. et salua facta est aia mea. pea deprecat
vt eu videat cognoscent. que quia vidisse se dixerat. audit a dno
no potes vide faciem mea. Nemo enim videbit hominu faciem meam
et vivet. Sin et aplus in visibile solu deu deu. et q lucem habitet
inaccessibilem. et que nullus homi viderit neq3 videre possit appellat
et iohannes ewangelista sacra voce testat dicens. Deum nemo.
vidit vnqua Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrabit q
vidit et narrat. no qntus est ille. q visus est. n qntum novit ille qui
narrat sz p qntu pt mortaliu sensus accipe. qd aut putas beatu
esse qui sit inmaculat9 in via et ambulet in lege ei9. ex sequenti
sensu pote intelligi. Multis enim sup testimoniis didicisti. lege
nullu potuisti comple. Sin aut aplus ad copatos gre xpo q prius
lucru arbitrabat in lege reputavit qi stercora. vt xpm lucrifaceret.
qnto magis nos scire debemus. Ideo xpo et evangelij gratia
successisse. quia in lege iustificari ~~no~~ potuit nemo. Si ergo i lege
nullus iustificat quo ad perfectu i maculat9 est in via. qui adhuc a/
bulat et ad aliu venire festinat. Certe qui incursu est ad i via
gradit minor est eo. qui pervenit ad fine. Si g'o i maculat9 e ille
atq3 perfectus qui adhuc ambulat in via et gradit in lege. qd plus

quid plus habebit ille qui ad summum virtutis gradum pervenerit.
Unde et apostolus de domino loquitur quod in fine mundi et consumatione virtutum
exhibeat sibi sanctam ecclesiam non habentem maculam neque rugam. quam
vos putatis iam in ista carne mortali et corruptibili esse perfectam.
et audite mererum tu thorintheis. Iam perfecti estis. iam diuites
facti estis sine nobis regnastis atque utinam regnaretis. ut et nos reg-
naremus vobiscum. tu vera et absque omni sorde perfectio in celestibus reser-
vatur quando sponsus loquitur ad sponsam tota pulchra es proxima mea
et macula non est in te. Iuxta quod illud intelligitur ut sitis irreprehensibiles
et simplices sicut filij dei immaculati quod non dixerat estis sed sitis
In futurum differens non impuntem esse contestans. ut hic labor sit
atque contencio ibi laboris virtutisque premia. Denique Iohannes scribit. di-
lectissimi filij dei sumus. et non dum apparuit quid erimus. scimus
quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicut est. Quamquam
ergo filij dei sumus. tamen similitudo dei et vera contemplatio. tunc nobis
repromittitur quando apparuerit in maiestate sua. Cedebat superbia et timor
illa orandi prorupit audacia. qua scribens ad viduam. quo sancti
debeant orare principiatis. Ille enim ad deum mundo extollit manus. Ille
preces bona conscientia fundit. qui potest dicere. Tu nosti domine quam sancte.
quam innocentes. quam pure sint ab omni fraude et iniuria et ra-
pina quas ad te expando manus. quam iusta quam immaculata labia et
ab omni mendacio libera. quibus tibi aut michi ministravis preces fundo.
Xpianum est hoc an pharisei superbientis oratio. Qui in ewangelio loquebatur.
Gratias ago tibi. quia non sum sicut ceteri homines. raptores iniusti. adulte-
ri. et sicut hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho decimas do omnium
que possideo. Ille agit gratias deo. quia ipsius misericordia non sit sicut ceteri homines
peccata detestans. non assumens iusticiam. tu dicis. domine tu nosti. quam
sancte. quam innocentes. quam pure sint ab omni fraude et iniuria et
rapina. quas ad te expando manus. Ille bis in sabbato ieiunium ieiunabat
se dicit. ut affligat carnem vicijs lasciuientem. et omnis substantie sue
dat decimas. redempcio enim anime viri proprie divicie. tu cum dyabolo
glaris. super sidera ascendam. ponam in celo thronum meum. ero similis altissimo.
David loquitur lumbi mei impleti sunt illusionibus. et corrupte sunt
et computruerunt cicatrices mee. a facie insipientie mee. Et ne intres
in iudicio cum servo tuo. et non iustificabitur in conspectu tuo omnis.
vivens. Tu sanctum et innocentem et purum esse te iactas et mundas
ad deum expandis manus. nec sufficit tibi in cunctis operibus gloriari.
nisi ab omni sermonis vitio quod perito mundum esse te dicas. Inferens
quam iusta. quam immaculata labia. et ab omni mendacio li-
bera. Ille canit. omnis autem homo mendax. et hoc ipsum apostolica confirmat

auditoris. Ut sit deus verax omnis aut homo mendax. et tu ab/
omi mendacio immaculata et iusta et libera possides labia ysaias
plangit. heu michi misero qui conpunctus sum. quia cum sim homo et im
munda labia habeam. in medio quoque populi inmunda labia habentis ego habi/
tem. et postea seraphim ignitum carbone forcipe comprehensum defert
ad prophete labia purganda. Non ut tu loquens arrogantis sed sua
vitia confitentis. Iuxta illud quod in psalmo dicitur. quid detur tibi aut appo
natur tibi ad linguam dolosam. sagitte potentis acute cum carbonibus
desolatoriis. et post tantum timorem orantis quam iactantiam et confitentiam sanc/
titatis quasi stultus stultis suadere conaris. Ut in extremo dicas.
quibus tibi aut michi misereatur patrem sinendo. Si sanctus es. si inno/
cens. si ab omni sorde purgatus. si nec opus nec sermone peccasti dicente
Iacobo. qui in verbo non peccat iste perfectus est vir et potens refrenare
linguam suam. quomodo immaculatas deprecaris. ut videlicet plangas te et fundas
patrem. qui sanctus es et purus et in noctens immaculatisque labiis
et ab omni liber mendacio. dei filius potestati. Sic Christus oravit in cruce
deus deus meus quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum
meorum. et rursum Pater in manus tuas commendo spiritum meum.
et pater ignosce eis. quod enim faciunt nesciunt. qui pro nobis agens gratias
dixerat. Confitebor tibi domine pater celi et terre. sic docuit et apostolos suos
ut quottidie in corpore illius sacramenta credentes audeant loqui. pater
noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Illi nomen dei, quod per se sanc/
tum est, in se sanctificari cupiunt. Tu dicis. nostri domine. quia sancti
sunt et innocentes et pure manus mee. Illi inferunt. Adveniat
regnum tuum spem regni futuri tempore postulantes. ut regnante Christo. nequa//
quam regnet peccatum in mortali corum corpore. Iungunt quoque fiat voluntas
tua sicut in celo et in terra. Ut ymitetur angelos humana fragilitas
et voluntatem domini compleat in terra. tu dicis posse hominem si voluerit o carere
peccato. Panem quottidianum da nobis hodie sive super omnes substantie pe/
tunt. quem apostoli deprecantur. ut digni sint assumptione corporis Christi. et vos
per nimiam sanctitatem secura quoque iustitia audacter vobis dona celes/
tia vindicatis. Sequitur dimitte nobis debita nostra sicut et dimittimus de/
bitoribus nostris. De baptismatis fonte surgentes et regnati in dominum
salvatorem Impleto illo quod de se scriptum est. beati quorum remisse sunt
iniquitates. et quorum tecta sunt peccata. statim in prima communione corporis
Christi dicunt dimitte nobis debita nostra. que illis fuerant in Christi confessione
dimissa. Et tu arrogans et superbus sterorum puritate manuum
et munditia eloquii glorians. Quamvis sit hominis perfecto conversio. et post
vitia atque peccata virtutum plena confessio. Numquid possunt sic esse sine
vitio. quo illi qui statim de Christi fonte prodeunt. et tamen iubentur dicere

dimitte nobis debita nostra · sicut et nos dimittimus debitoribus nostris · Non
humilitatis mendacia · ut tu interpretaris · sed pavorem fragilitatis
humanae suam conscientiam formidantis · Illi dicitur · Ne nos inducas in
temptationem · Tu cum Ioviniano loqueris eos qui plena fide bap-
tisma consecuti sunt · temptari ultra et peccare non posse · Ad
extremum infertur · Sed libera nos a malo · Quid postulant
a domino · quod habent in arbitrii libertate · O homo modo mundus
factus es in lavacro · et de te dicitur · Que est ista que ascendit de-
albata innitens super fratruelem suum · Ut lota quidem sit · sed
custodire non valeat puritatem · nisi a suo domino sustentetur · Quomodo cupis
dei misericordia liberari · qui paulo ante liberatus es a peccatis · Nisi hac voce
qua diximus · ut cum omnia fecerimus nos inutiles esse fateamur
Non ergo tua pharisei vincit superbiam · et publicani confessione
dampnatur · qui de longe stans oculos ad deum non audebat attollere ·
sed percutiebat pectus suum dicens · Deus propicius esto michi peccatori
Unde profert dominus sententiam · Dico vobis descendit hic iustificatus in domum
suam plusquam ille · Omnis enim qui se exaltat humiliabitur · et qui se
humiliat exaltabitur · Apostoli humiliantur ut exaltentur · discipuli tui exal-
tantur ut corruant · Eis adulans vidue non erubescis dicere pietatem
que nusquam reperiatur in terra · et veritatem que ubique peregrina sit · in illa
potissimum commorari · Nec recordaris illius sententie · Popule meus qui te beatum
dicunt · seducunt te et semitas pedum tuorum subplantant · Laudas quoque
eam vocibus et dicis · O te felicem nimium · O beatam · si iusticia que esse
iam non nisi in celo creditur · apud te solam inveniatur in terris · Docere est
hoc an occidere · levare de terra an precipitare de celo · Id mulierculae
tribuere quod angeli non audeant usurpare · Si in aliis pietas veritas
atque iusticia non inveniuntur in terris · nisi in una muliere · Ubi erunt iusti
tui quos absque peccato in terris esse iactabas · Que duo capita orationis
et laudis soles cum tuis imitari discipulis · ne esset vacuum prosperi-
tate stili tui splendor luceat · et tanta sit venustas eloquii tul-
liani · ut testudineo incedens gradu que secreto doces · intimis
venalia publice non audes profiteri · O te felicem cuius post discipulos
nemo conscribit libros · ut quicquid videris displicere · non tuum sed alienum
esse contendas · et quis illi tanti erit ingenii · ut leporem sermonis
tui possit imitari · C.lxxi · Non possum ultra differre omnibus vincentibus
patientiam vestrorum iniquitatem verborum · Oro te quid infantuli peccaverint
nec conscientia eis delicti imputari potest · nec ignorantia · qui iuxta Ionam
prophetam manum dexteram nesciunt et sinistram · peccare non possunt et possunt
perire · genua labant · vagitu verba non explicant · balbutiens lingua ridetur

ridet. et eciam inscii cruciatus miseris spirant. Atti. Animo discretos
esse cepisti ut non dicam eloquens. discipuli tui versi sunt in magistros
Anthonius enim orator egregius in cuius laudibus tullius personat. discer/
tos se ait vidisse multos. eloquentem adhuc neminem. Noli ergo
michi oratorem et non tuis floribus ludere per quos solent imperitorum
atque puerorum aures decipi. sed simpliciter dic quid sentias. Crit.
Hoc dico concede michi saltem esse absque peccato qui peccare non possit
Atti. Concedam si in christo fuerint baptizati. nec illico me te/
nebis in assensum sententie tue qua dixisti posse hominem sine peccato
esse si velit. Isti enim nec possunt nec volunt. sed sine ullo peccato per dei
graciam sunt. quam in baptismo susceperunt. Crit. Cogis me ut
ad invidiosum illud veniam. et dicam tibi quod eciam peccaverunt ut statim
in me plurimorum lapides iacias. et quem viribus non potes voluntate
interficias. Atti. Ille hereticum interficit. qui esse hereticum patitur.
ceterum nostra correpcio vivificacio est. ut heresim odiens convertas ka/
tholice fidei. Crit. Si nos scitis hereticos cur non accusatis.
Atti. Quia apostolus me docet hereticum post unam et secundam cor/
repcionem vitare. non accusare. sciens quod perversus sit. et suo iudicio dap/
natus. alioquin stultissimum est. super fide mea ex alterius pendere iudicio
Quid enim si te alius katholicum dixerit. statim ne assensum tribuam
quicumque te defenderit quasi prava credentem bene sentire dixerit. non
hoc aget. ut te ab infamia liberet sed ut infamet presidio. multitudo
sociorum nequaquam te katholicum. sed hereticum esse demonstrabit.
Verum hec ecclesiastico taceantur pudore. ne quasi puerilis fletibus tristior
quedam ymago monstretur. Hoc nobis prestat christi timor ut omnes
alios. contempnamus timores. Deinde aut defende quod credis. aut
relinque quod defendere non potes. quoscumque in defensionem tui adduxeris
non patronum sed socium nominabis. Crit. Dic queso. et me omni libera
questione cur infantuli baptizentur. Atti. Ut eis peccata in baptismate
dimittantur. Crit. Quid enim commiserunt peccati. Cuiusquam solvitur
non ligatus. Atti. Me interrogante respondebit tibi evangelii tuba
doctor gentium. vas aureum toto orbe resplendens. Regnavit mors
ab adam usque ad moysen eciam in eos qui non peccaverunt in simili/
tudine prevaricacionis adam. qui est forma futuri. quod si obieceris dici hoc esse
aliquos qui non peccaverunt. intellige illud eos non peccasse peccatum quod pecca/
vit adam prevaricando in paradiso preceptum dei. ceterum omnes homines
aut antiqui propatoris adam aut suo peccato tenentur obnoxii. Qui parvulus
est parentis in baptismate vinculo solvitur. qui eius etatis quod possit
sapere et alieno et suo christi sanguine liberatur. ac ne me putes heretico
sensu hoc intelligere. Beatus martir ciprianus. cuius te in scripturarum

testimonijs digerendis emulū gloriaris. Inepta quā scribit ad eum pro fide de infantibus baptisandis hoc mouet. porro aūt si etiā grauissimis delictoribus et in deū multo ante peccantibus cum postea crediderint remissio peccatorum datur et a baptismo atque gratia nemo prohibetur. Quanto magis prohiberi non debet infans. qui recens natus nihil peccauit. nisi quod secundum adam carnaliter natus contagium mortis antique prima natiuitate contraxit. qui ad remissam peccatorum accipiendam. hoc ipso facilius accedit. quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata. et ideo frater carissime. Hec fuit in concilio nostra sententia a baptismo atque gratia dei qui omnibus misericors et benignus et pius est neminem per nos prohiberi. quod cum circa vniuersos obseruandum sit. atque pertinendum magis circa infantes ipsos et recentes natos obseruandum putat qui hoc ipso de ope nostra ac diuina magis plus merentur. quod in primo statim natiuitatis sue ortu plorantes ac flentes nichil aliud faciunt quam deprecantur. Scripsit dudum vir sanctus et eloquens episcopus augustinus ad marcellinum/ qui postea sub inuidia tyrannidis herodiani ab hereticis innocens cesus est duo libros de infantibus baptisandis contra heresim vestram. per quam voltis inserere baptisari infantes non in remissionem peccatorum sed in regnum celorum. Iuxta illud quod scriptum est in ewangelio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest intrare regnum celorum. Tercium quoque ad eundem marcellinum contra eos. qui dicunt posse hominem sine peccato esse. si velit absque dei gratia. Et quartum nuper ad hilarium contra doctrinam tuam multa peruersa fuit generis. Alios quoque specialiter tuo nomini cudere dicitur. qui nec dum in nostras venere manus. Unde super sedendum huic labori censeo. ne dicatur in illud oratij In siluam ne ligna feras. Aut enim eadem dicemus ex superfluo. aut si noua voluerimus dicere a clarissimo ingenio occupata sunt meliora. Hoc vnum dicam ut tandem finiatur oratio Aut nouum vos debere symbolum tradere. vt post patrem et filium et spiritum sanctum baptisetis infantes in regnum celorum. Aut si vnum et in paruulis et in magnis habetis baptisma. etiam infantes in remissionem peccatorum baptisandos in similitudinem preuaricationis adam. quod si iniusta vobis videtur alienorum remissio peccatorum. qua non indiget. qui peccare non potuit. transite ad amasium vestrum qui per Helia intelligit. et antiqua delicta solui dicit in baptismo. vt cuius intelligitis auctoritate ducemini. etiam in hac parte errorem sequamini etc.

Finis